

**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**


---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XLII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XII PARS  
H B A, B 2, 1567-72**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E    1 9 7 7**

INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI 284 - ROMA

---

IAM PRIDEM ROMAE PRODIERUNT HAEC VOLUMINA  
(continuatio *Studia Teologiczne* — Wilno, vol. I-IX):

- XI — MEYSZTOWICZ V., *Repertorium bibliographicum pro rebus Polonicis Archivi Secreti Vaticani*. Vaticani, 1943.
- XII — MEYSZTOWICZ V., *De archivo Nuntiaturae Varsaviensis quod nunc in Archivo Secreto Vaticano servatur*. Vaticani, 1944.
- XIII — SAVIO P., *De Actis Nuntiaturae Poloniae quae partem Archivi Secretariatus Status constituant*. Romae, 1947.
- XIV — MEYSZTOWICZ V., *Prospectica descriptio Archivi Secreti Vaticani*. (Ed. chirotypica, exhausta).

---

ANTEMURALE, I-XX, Romae, 1954-1976

---

ELEMENTA AD FONTIUM EDITIONES

- Vol. I — *Polonica ex Libris Obligationum et Solutionum Cameræ Apostolicae*. Collegit J. Lisowski, pp. XV+292, 704 doc. (A.D. 1373-1565) Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Secretum Vaticanum).
- Vol. II — « *Liber Disparata Antiqua Continens* » Praes. E. WINKLER, pp. XVIII+190, 281 doc. (ante a. 1424) 19 facs. Ind. nom. propr. 1960. (Archivum Capituli Trident.).
- Vol. III — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, I pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, XVIII+162, 1144 doc. (A.D. 1565-1787) 29 tab. Ind. nom. propr. ind. chron. 1961.
- Vol. IV — *Res Polonicae Elisabetha I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XVI+311, 166 doc. (A.D. 1578-1603) 9 tab., Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1961.
- Vol. V — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Dragonetti de Torres in Civitate Aquilana*. Ed. P. COLLURA, pp. XI+86, 483 doc. (A.D. 1568-1682) 4 tab. 1962.
- Vol. VI — *Res Polonicae Iacobo I Angliae Regnante Conscriptae ex Archivis Publicis Londoniarum*. Ed. C. H. TALBOT, pp. XI+396, 281 doc. (A.D. 1603-1629) 8 tab. Ind. nom. propr., ind. chron., glossarium verb. ang. ant., 1962.
- Vol. VII — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, II pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, pp. XIV+250, 1205 doc. (A.D. 1641-1676) 11 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1962.
- Vol. VIII — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Si-mancas*, I pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. X+214, 157 doc. (A.D. 1514-1576, 1720-1791) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1963.
- Vol. IX — *Res Polonicae ex Archivo Regni Daniae*, I pars. Coll. L. Koczy, pp. XII+184, 98 doc. (A.D. 1526-1572) 8 tab. Ind. nom. propr. 1964.
- Vol. X — *Repertorium Rerum Polonicarum ex Archivo Orsini in Archivo Capitolino*, III pars. Coll. W. WYHOWSKA-DE ANDREIS, pp. XVI+343, 1399 doc. (A.D. 1568-1676) 12 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.
- Vol. XI — *Documenta Polonica ex Archivo Generali Hispaniae in Si-mancas*, II pars. Ed. V. MEYSZTOWICZ, pp. VIII+287, 214 doc. (A.D. 1567-1579) 7 tab. Ind. nom. propr., ind. chron. 1964.





**INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE**

---

**E L E M E N T A  
AD FONTIUM EDITIONES  
XLII**

**DOCUMENTA EX ARCHIVO REGIOMONTANO  
AD POLONIAM SPECTANTIA  
XII PARS  
H B A, B 2, 1567-72**

**edidit**

**CAROLINA LANCKOROŃSKA**



**NON EXTINGUETUR**

**R O M A E      1 9 7 7**

SUMPTIBUS  
FUNDATIONIS  
LANCKOROŃSKI  
FRIBURGI HELVETIAE

EDIDIT:  
INSTITUTUM HISTORICUM POLONICUM ROMAE  
VIA DEGLI SCIPIONI, 284 - ROMA

## I N D E X    R E R U M

Introductio . . . . .	Pag.	VII
Bibliographia selecta . . . . .	»	VIII
Textus . . . . .	»	3
Elenchus epistolarum . . . . .	»	159
Index personarum et locorum . . . . .	»	165
Elenchus omnium epistolarum in voluminibus XXXIV-XLII editarum . . . . .	»	173
4 tabulae		



## INTRODUCTIO

*Iam in introductione ad volumen primum, quo documenta ex Archivo Regiomontano in lucem edere cooperamus (vol. XXX Elementorum), ea solummodo scripta publici iuris facere interea nobis proposuimus, quae ad annos 1525-1572 pertinebant, id est illud temporis spatium comprehendebant, quod Ducatus Prussiae fundatione incipiebat et obitu ultimi ex familia Iagellonica Poloniae regis claudebatur.*

*Hoc praesenti volume, seriei nostrae «Pruthenicae» XII, typis edendam curavimus finalem partem epistolarum, a proceribus Polonis ad duces et gubernatores Ducatus Prussiae scriptarum, quae annos 1566-1572 complectuntur. Quo temporis intervallo res magni momenti tam in Polonia, quam in Ducatu evenerunt. Anno 1568 (20.III.) mortuus est Albertus Hohenzollern, primus dux in Prussia, a Sigismundo I rege Poloniae creatus, quattuor vero annis post, 7.VII.1572 obiit ultimus ex stirpe Iagellonica rex Poloniae, Sigismundus Augustus.*

*Iam antea, duce Alberto adhuc superstite, sed aetate proiecto et aegrotante, et praesertim post eius mortem, cum 15 annos natus Albertus Fridericus patri in regimine successisset, multae procerum Polonorum epistolae non ad ducem, sed ad Ducatus gubernatores vel regentes mittebantur. Publicamus omnes epistolae anno 1572, etiam post mortem regis a proceribus scriptas, nam quae mensibus obitum regis subsequentibus scriptae erant, et cum ipsa regis morte arcte sunt coniunctae et mutua Ducatus Prussiae Regnique Poloniae illius temporis negotia magnopere illustrant.*

*Pro hospitalitate in Archivo Regiomontano nobis demonstrata liceat denuo gratias non vulgares agere eiusdem Tabularii moderatoribus, Doctori Ioanni Koeppen, Directori, ac Doctori Bernardo Jähnig, Assessori, qui etiam textuum germanico idiomate scriptorum revisionem et cum originalibus manuscriptis collationem confidere humaniter voluit.*

C.L.



## BIBLIOGRAPHIA SELECTA

### F o n t e s :

- ACTA SYNODALIA ECCLESIARUM POLONIAE REFORMATARUM, *ed.* M. Sipayło, t. I (1550-1559); t. II (1560-1570), Varsaviae 1966-1972.
- HOSIUS STANISLAUS, Kard. Stanislaus Hosius und Herzog Albrecht von Preussen. Ihr Briefwechsel über das Konzil von Trient 1560-1562, *ed.* E. Wermter (*Reformationsgeschichtliche Studien und Texte, Heft 82, 1957*).
- SANDIUS CHRISTOPHORUS, Bibliotheca Antitrinitariorum, *ed.* Lech Szczucki, Varsaviae 1967.
- SIGISMUNDUS AUGUSTUS REX, Testament Zygmunta Augusta, *ed.* A. Franszek, O. Łaszczyńska, S. Nahlik, Kraków 1975.
- UCHAŃSCIANA, *ed.* T. Wierzbowski, Varsaviae 1884 seq., 5 vol.

### S t u d i a :

- BARYCZ H., Meandry Lismaninowskie (*Odrodzenie i Reformacja w Polsce, 16.1971*).
- BARYCZOWA M., Augustyn Rotundus Mieleski - pierwszy historyk i apologetyk Litwy (*Z dziejów polskiej kultury umysłowej w. XVI i XVII, Warszawa 1976*).
- BODNIAK S., Geneza interwencji polskiej w Prusach Książęcych w r. 1566 (*Sprawozdania Poznańskiego Tow. Przyj. Nauk 1936-7*) (*invenire non potui*).
- CANTIMORI D., Eretici italiani del Cinquecento (*Ricerche storiche, Firenze 1939*).
- GÓRSKI K., Estates and Unions of Countries at the example of Prussia and Poland in the 15th and 16th cent. (*Communitas Princeps Corona Regni, Warszawa 1976*).
- GOSTYŃSKI T., Franciszek Krasiński, polityk Złotego Wieku (*Hist. Eccles. IV, Warszawa 1938, rec. J. Umiński, Nasza Przeszłość 1947*).
- KOSMAN M., Badania nad reformacją w Wielkim Księstwie Litewskim (1919-1969) (*Odrodzenie i Reformacja w Polsce, 16, 1971*).
- KOT S., Erazm Otwinowski (*Reformacja w Polsce VI, 1934*).
- KOT S., Ideologia polityczna i społeczna Braci Polskich zwanych Arianami, Warszawa 1932.
- KOT S., Socinianism in Poland. The Social and Political Ideas of the Polish Antitrinitarians in the XVI and XVII cent., Boston 1958.
- KOT S., Jana Tarnowskiego zerwanie z kalwinizmem (*Reformacja w Polsce I, 1921*).

- KOT S., Szymon Budny, der grösste Häretiker Litauens im 16 Jht (*Wiener Archiv f. Geschichte des Slawentums und Osteuropas II*, 1956).
- KURDYBACHA L., Dziennik biskupa Piotra Myszkowskiego, 1555-1568 (*Kwartalnik Historyczny XLVII*, 1933).
- LEHMANN J., Konfesja sandomierska na tle innych konfesji w Polsce XVI w., Warszawa 1937.
- LORTZ J., Kardinal Stanislaus Hosius, Braunsberg 1931.
- MALLEK J., Proces kryminalny nowych radców w Kripawie-Królewcu 1566 (*Komunikaty mazursko-warmińskie 2 (80)*, 1963).
- OLEJNIK K., Wpływ Jana Tarnowskiego na poglądy teoretyczno-wojskowe Albrechta Hohenzollerna (*Ars Historica, Poznań* 1976).
- RUFFINI F., Studi sui riformatori italiani, Torino 1955.
- SMIETANA A., Zabiegi protestantów polskich o uzyskanie równouprawnienia przed śmiercią Zygmunta Augusta (*Przegląd Historyczny* 1915).
- TAZBIR J., Państwo bez stosów, Warszawa 1967.
- WAJSBLUM M., Dyteści małopolscy (*Reformacja w Polsce V*, 1928).
- WIERZBOWSKI T., J. Uchański, arcybiskup gnieźnieński (*Uchańsciana V, Warszawa 1895*).
- WOTSCHKE T., Georg Weigel, ein Beitrag zur Reformationsgeschichte Alt-preussens und Lithauens (*Archiv für Reformationsgeschichte XIX*, 1922).
- ZALEWSKI J., Arcybiskup J. D. Solikowski, obrońca naszych praw morskich w XVI w. (*Nasza Przeszłość III*, 1947).

**TEXTUS**



# 1567

N. 2010.

*Cracoviae, 3.I.1567.*

*Petrus Zborowski, castellanus Biecensis,  
Alberto in Prussia duci  
intercedit pro Stanislawo Tchórzewski, ut ei pecunia a Ioanne Pusch, capi-  
taneo Angerburgensi, debita restituatur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2011.

*Regiomonti, 13.I.1567.*

*Casparus Iłowski, palatinides Plocensis,  
Alberto in Prussia duci  
conqueritur de rusticis profugis, subditis suis, in capitaneatibus Rinensi  
et Olecensi in Ducatu Prussiae latitantibus eorumque restitutionem  
postulat.  
(Schedula adiuncta)*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps ac Domine Benignissime.*

Non dubito Celsitudinem Vestram ex literis Sacrae Regiae Maiestatis funditus intellexisse me magnam, imo maximam, iniuriam ab subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae propter profugos meos rusticos pati. Quorum tres ante biennium cum uxoribus, liberis ac omnibus facultatibus in capitaneatum Rinensem profugerunt ac unus ex illis, Viecek Paseiczik nominatus, in villa Ocartoff dicta commoratur. In pago autem Vezowo nuncupato Iacob Boriszik ac molitor quidam habitant. Quatuor vero eorum in capitaneatum Olecensem, quoque cum uxoribus, pueris ac omnibus utensilibus factio modo migraverunt ac in rure Siedlisko nominato vitam degunt, videlicet Stanik Boriszik, Kopecz, Piotrek ac Luszcz. Ex eodem quoque capitaneatu, Princeps optime, quidam Adamus Voidowski, quondam Margraboviensis scultetus, tres meos subditos cum tota suppe-

lictile<sup>z)</sup> eorum vi ac clandestino modo, contra omne ius tam divinum,<sup>a)</sup> abduxit. Quare Celsitudinem Illustrissimam Vestram obnixe peto, ut ratione literarum Sacrae Regiae Maiestatis et meae humilis supplicationis habita, ad hos Capitaneos graves ac efficaces literas de administranda mihi sancta iusticia habeam.

Quod vero attinet Capitaneum Johansburgensem (cuius mentio in epistola Sacrae Regiae Maiestatis fit), ab hoc tam magnis ac copiosis damnis (quae non solum ad me, sed etiam totum Ducatum Masoviae pertinent) affectus sum, ut, nisi Celsitudo Illustrissima Vestra commissarium aliquem, virum probum ac iusticiam colentem,<sup>b)</sup> ad has iniurias exaudiendas et sopiendas miserit, cavendum, Princeps optime, est, ne longe peiora, quod absit, subsequantur.

Idcirco ego ex parte mea in modum Celsitudinem Illustrissimam Vestram oro, ut propter exquisitionem ac compositionem negotiorum et iniuriarum maximarum mearum dignetur Dominum Crispinum Blumstein pro commissario eo Celsitudo Illustrissima Vestra mittere. Ego autem cum tota familia mea enitar, ut hanc sanctam Illustrissimam Celsitudinis Vestrae bonitatem reservire queam... Datum Regiomonti in Prussia, 13 Ianuarii, anno 1567.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
obsequentissimus ac addictissimus semper minister  
Casper Ilowski Palatinides Plocensis etc.

a) evidenter omissum: quam humanum

b) sequitur expunctum: miserit

z) sic in ms.

N. 2012.

Skierstomony, 26.I.1567.

*Matthias Pietkiewicz, regius pocillator,  
ducalibus commissariis  
nomine commissariorum Polonorum mittit elenchum terrarum et inco-  
larum (quod in Archivo deest).*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Ml.cziwi Panowie Commissarze etc.

Posylam W. Ml.czam spisek gruntow i liudzi tych, kthorzi nie są podani od nas, Commissarow Krola Iego M., Iego Kxięzenczey Ml.czi, ani w regestrze naszym są opisani. S ktorich liudzi przes then czas wszystek, iako Iurborg podan iest Iego Kx. Ml.czi, czinsse urzędnicy Kxięzenczia Iego M. brali, do czego nie mieli nicz. O thym zebysczie W. M. raczyli Iego Kx. M. dostateczną sprawę dacz. Z Skierstomon, Ianuarii 26, anno 1567.

Wassych Ml.czi moiich Ml.czowych Panow  
Powolny sluga i priaciel Macieci Pietkiewicz,  
Czasnik I. K. M.

*N. 2013.*

*Georgenburgi (Jurbork), 18.III.1567.*

*Christophorus Konarski*

*Alberto in Prussia duci*

*iterum de pecunia ad redemptionem praefecturae Iurborgensis paranda.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2014.*

*Sieprc, 26.III.1567.*

*Ursula de Sieprc Lwowska, castellana Covaliensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*de capitaneo in Schönberg [Theophilus a Polentz] conqueritur, qui ei cmetones profugos restituere non vult.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2015.*

*Petricoviae, 25.IV.1567.*

*Stanislaus Myszkowski, palatinus et capitaneus Cracoviensis,*

*Alberto in Prussia duci*

*rogat, ut dux suum ex fratre nepotem in numerum collegarum et servitorum filii ducis assumat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2016.*

*Petricoviae, 26.IV.1567.*

*Ioannes Firlej de Dąbrowica, palatinus Lublinensis, R.P. supremus marsalis,*

*Alberto in Prussia duci*

*nepotem suum, Hieronymum Niemira, commendat, ut eum dux in aulam suam admittat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2017.*

*Sieprc, 27.IV.1567.*

*Ursula de Sieprc Lwowska, castellana Covaliensis,  
Alberto in Prussia duci  
de Theophilo a Polentz, capitaneo in Schönberg (Szymbark), cmethones  
profugos ei restituere nolente, conqueritur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2018.*

*Posnaniae (sic!), 27.IV.1567.*

*Ursula de Sieprc Lwowska, castellana Covaliensis,  
Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,  
iterum de capitaneo in Schönberg (« pan Szymbarski ») conqueritur, quod  
ei profugos restituere non vult.*

*(Polonice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2019.*

*Posnaniae, 27.IV.1567.*

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,  
Alberto in Prussia duci  
Ioannem Policki Regium Montem mittit et offitia defert.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2020.*

*Marienburgi, 5.V.1567.*

*Ioannes Ślużewski, palatinus Brzestensis, Ioannes Krzysztoperski, castel-  
lanus Vielunensis, Ioannes Koska, castellanus Gedanensis,  
Alberto in Prussia duci  
commissarii a rege designati projectionem suam Regium Montem versus  
annuntiant; pro hospitali invitatione gratias agunt, sed ob ducis et  
suum ipsorum commodum hospitiis publicis se usuros esse nuntiant.  
3 sigilla.*

*H B A, B 2, K.398.*

Durchleuchtiger etc.

Wir mogen E. F. D. nicht vorhalden, dass wir dato dieses hiehero  
kegen Marienburgk alss von k. mt., unseren allergnedigsten konige undt

herren undt der Cron zu Polen loeblichen reichs rethen den nebst vorschi-nenen konigspergischen recess zuvolge, vorordente commissarien (gottlob) wol angelanet undt alss morgen, vormitteist Gott, ferner nach Konigs-pergk zu vorrucken eigentlich gesinnet undt entschlossen sein undt ob wir wol E. F. D. gnediges undt gonstiges begeren von dem edelen undt wolgeborenen herren Johan Kostka, dantzker castellanen, unsern freundtli-chen, lieben herren schwogern, freundt undt mit collega unss in keine andere herberge, ohne stracks in E. F. D. furstliche hauss zu Konigsbergk zu begeben, der gnuge nach vorstanden, welches wir dann nicht anderss alss mit danckbaren gemuht auf undt annehmen, so wil unss doch hirin unser selbst eigene bescheidenhet kegen E. F. D. zu geprauchen gebuhren, darmit wir derselbigen in massen wir vor auch gethan, ihn ihren hohen, wolbetagten rhuemlichen alter undt dessen unvormugklickeyt mit unserem vielen gesinde einige ungelegenheit undt unruhe nicht zufugen mochten. Zudem seindt unser ein teilss auch mit schwacheit deromassen umbge-ben, dass ess unser unvormeidliche gelegenheit also erfordert, unser ablager undt bequemigkeyt wegen der artzte, ertzneyen undt anderer wartun-gen in der stadt zu suchen, dass ess also unser notturft erfordert, unss von unseren dinern undt gesinde, beide unserent undt unserer wartung wegen, auch sonst, damit niemandts von ihnen zu vertriss gelebt werde, nicht zu sonderen. Undt gelanet derowegen an E. F. D. unser dinstlich begeren, ess wolden unss E. F. D. in betracht unserer gebuerlichen ge-legenheit nicht allein entschuldiget nehmen, sondern auch gnedigk undt gonstigk geruhen, darmit wir dannoch in ihren stetten zu Konigsbergk mit zimlichen herbergen undt ablageren sampt den unseren notwendigk moch-ten versorget werden, daran wir vor unsere personen unss keinen zweifel machen thun.. Datum Marienburgk den 5 tagk Maii anno etc. LXVII.

E. F. D.

dinstwillige

a) Joannes a Sluzhewo

Palatinus Brsestensis subscrispit

Joannes a Christoporzice

Castellanus Vielunensis subscrispit

Joannes Costka

C. Gedanensis subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manibus propriis*

N. 2021.

Szawle, 9.V.1567.

*Melchior Szemiot (in ms. Schemeth), castellanus Samogitiae,  
Alberto in Prussia duci  
rogat, ut dux Nicolaum Drochner, civem Tilsensem, qui sibi pecuniam  
pro vendito ei frumento debet, ad solutionem debiti adigat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2022.

Radzanów, 25.V.1567.

*Gabriel Grabowiecki, tribunus Lomsensis,  
Alberto in Prussia duci  
de malefactis castellani Siepricensis, Nicolai Narzymski, in se et fratrem  
suum, tum et in alios subditos regios, perpetratis, conqueritur; extra-  
ditionem promissarum sibi a duce centum ovium expetit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quidquid est studiorum subiectissimarumque et fidissimarum servitutum mearum, et si quid in me est amplius tanto Principe dignum, id totum in clementissimum benignissimumque patrocinium et in<sup>a)</sup> gratiam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quam diligentissime possum, etiam atque eciam<sup>z)</sup> humilime commando.

Non solo, Illustrissime Princeps et Domine mi Clementissime, in odium aut aliquam ullam sinistram existimationem adducere quenquam, nam illud non est meae naturae aut moris, sive professionis. Sed quod iam sepissime lesa est mea pacienza, vereor, ne in posterum aliquid furoris adferat, unde aliquid turbae suboriatur inter me et Dominum Nicolaum Narzimski, Castellatum Sieprensem, subditum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Qui oblitus iure vicinitatis, vel pocius superioritatis tam Regiae Maiestatis, quam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, oblitus quoque foederum et antiquissimarum legum ac observationum, inter Regnum Poloniae et celeberrimum Ducatum Prussiae, atque inter<sup>a)</sup> istarum provinciarum utrarumque subditos communes,<sup>b)</sup> iam olim sanctissime sanctarum et constantissime observatarum, non veretur subditos Regiae Maiestatis meae praefecturae Mlavensis quavis temeritate,<sup>c)</sup> vel pocius iniuria et damnis, adficere. Quosdam enim vinctos abducit, non requisito a me, vel meo Vicecapitaneo, ullo iuris aut iusticiae remedio, cives Mlavenses in domibus illorum propriis, pro sua libidine, fustibus caedit ad seminecem usque, alios in libera strata spoliat. Id, quod non ita diu cuidam civi Mlawensi, qui illi obvius in itinere Dzialdoviensi occurrit, nulla a misero cive provocatus iniuria, duos equos cum curru in villam ipsius Narzimie abduxit, eosque hactenus apud se retinet ac restituere non vult.

Ego vero, qui servus sum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, iam olim multis Illustrissimae Celsitudini Vestrae et plurimis beneficiis, citra ullum meum meritum, devinctissimus, nolui hac de re apud Sacram Regiam Maiestatem conqueri, ne scilicet futilis et temerarius a quoquam dici possim. Quod autem sciam Dominum Narzimski, Castellatum hunc, si diis placet, pium et modestum, in Prussia sub dictione Illustrissimae Celsitudinis Vestrae commorari atque maiorem partem bonorum suorum sub dictionibus illius possidere, ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram, quae semper pacis et concordiae, tum et retinendorum et firmissime observandorum atque custodiendorum foederum amantissimam fore semper sum expertus, configendum esse, tanquam ad sacram anchoram,

existimavi, ut, quandoquidem Dominus Narzimski nunc <sup>a)</sup> praesens est in aula Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, eum admoneat, ut se in me et in meum fratrem germanum <sup>1)</sup> (cuius ego opera in vice mei gerendo et in capitaneatus istius mei administracione utor) modestius gerat, neque illi amplius in vitae ipsius discrimen inimicicias struat aut in mortem machinetur; equos, quos subditis regiis vi publica in strata eripuit, restituat et in alios de caetero ita se gerat, ne uilam deinceps de tam pio <sup>d)</sup> et iusto Castellano habeant apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram iustum conquerendi occasionem.

Pertinebit hoc, Illustrissime Princeps, ad pietatem et aequitatem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, cuius semper Illustrissima Celsitudo Vesta sanctissimus cultor et amator fuit. Pertinebit etiam et ad <sup>a)</sup> confirmandam amiciciam, consanguinitatem et bonam vicinitatem, quae illi cum Serenissimo Rege meo arctissima intercessit semper. Ego vero hoc illius in me tantum beneficium apud omnes nationes praedicabo semper atque ad superna sydera laudibus perpetuis extollam. Caetera coram referent Dominus Ruskowski,<sup>2)</sup> Dzialdoviensis, et Dominus Aulak,<sup>3)</sup> Nidborgensis, Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Capitanei et Consiliarii, quorum uterque cum sint consciit huius Castellani virtutis, facile de illa pro me dabunt testimonium... E Radzanow, 25 Maii 1567.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
mancipium perpetuum, aut si quid eo est humilius  
Gabriel Grabowieczki, Tribunus Lomzensis,  
Sacrae Reginalis Poloniae Maiestatis Curiae  
Magister et Capitaneus Mlawensis.

Memini me ante annos tres, in Pupensibus <sup>4)</sup> venacionibus, ab Illustrissima Celsitudine Vestra promissum de centum ovibus accepisse. Sed nescio quo meo fato et adversa valetudine, hactenus promissum illud Illustrissimae Celsitudinis Vestrae suum non est sortitum effectum, aut eciam quod Dominus Nosticz <sup>5)</sup> aliis quibusdam arduis ipsius propriis negotiis occupacior fuerit. Quia tamen Principum promissa contempnenda non sunt, rogo atque oro Illustrissimam Celsitudinem Vestram, ut mihi mandet, quando ego repetendarum istarum centum, mihi ab Illustrissima Celsitudine Vestra promissarum ovium, aliquem meum, aut ad quod ovile, mittere debeam. Quod autem Principum munera pexa esse soleant, praecipue ab Illustrissima Celsitudine Vestra profecta, iterum rogo et oro, ut mihi oves non senio squalloreque confectas, sed certae iustaeque aetatis et ad <sup>a)</sup> prolem propagandam idoneas, tradere iubeat. Deus autem Omnipotens beneficium hoc Illustrissimae Celsitudinis Vestrae una cum aliis, quae iam olim processerunt, multo cum favore rethaliabit,<sup>e)</sup> tum et ego perpetua mea subiectione demerebor semper.

a) supra lineam scriptum.

1) Stanislaus.

b) correctum ex: subditorum communium

2) Alexander.

c) sequuntur expunctae litterae: adf

3) Casparus ab Aulack.

d) pro alio verbo expuncto suprascriptum.

4) Puppen (Spychowo).

e) sequitur expunctum: semper

5) Casparus a Nostiz.

z) sic in ms.

N. 2023.

Petricoviae, 9.VI.1567.

*Petrus Zborowski, castellanus Biecensis,  
Alberto in Prussia duci*

*Martinum Stadnicki, sororinum suum, in aulam ducis mittit, « ut ibidem  
in omni virtutum ac scientiarum flore instrueretur », eumque com-  
mendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2024.

Mława, 13.VI.1567.

*Gabriel Grabowiecki, tribunus Lomsensis,  
Alberto in Prussia duci*

*de iniuriis, fratri suo et aliis subditis regiis a castellano Sieprensi illatis,  
conqueritur; pro ovibus sibi a duce promissis gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Illustrissime Princeps etc.

Id, quidquid est facultatum aut fortunarum mearum, in gratiam et clementissimum patrocinium atque tutelam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae qua possum humillima subiectione quam diligentissime commendo, Deum autem Omnipotentem, Servatorem nostrum, et Filium eius unicum, Dominum nostrum Iesum Christum, supplex oro, ut eam diutissime salvam et incolumem servet et Spiritu Sancto suo corroboratam perpetuo tueatur.

Quod autem Illustrissima Celsitudo Vestra Domino Nicolao Narzimski, Castellano Siebrcensi,<sup>2)</sup> litteras mandatorum suorum scripserit, ut et equos, in publica strata vi homini libero et innoxio, subdito Regiae Maiestatis villa Mlawka, eruptos, restitueret et in posterum sese, bonae vicinitatis ratione, tam in fratrem meum germanum, Vicecapitaneum Mlawensem,<sup>1)</sup> quam in subditos Sacrae Regiae Maiestatis quiete et pacifice gereret, hoc nomine Illustrissimae Celsitudini Vestrae, quas maximas possum, et ago et habeo gratias immortales. Credo quidem Illustrissimam Celsitudinem Vestram id fecisse libenter, et quod Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, amantissima extiterit semper, tum quod eciam pactorum et foederum ac bonae vicinitatis perpetuo sanctissimeque tuenda et conservanda cultor et amatror fuerit eciam ab inicio.

Sed Dominus Castellanus, ut est vir pius et amatror pacis ingenuus, tantum abest, ut mandatis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae morem gereret, verum eciam eo maiore bili et odio in fratrem ac me ipsum eciam, tum et in omnes subditos Sacrae Regiae Maiestatis, est inflamatus et exacerbatus. Equos enim, praeter omnem aequitatem subdito regio eruptos, non restituit, sed eos apud sese hucusque <sup>a)</sup> detinet. Et hoc eciam priori vi cumulavit, quod acceptis a Celsitudine Vestra Illustrissima mandatorum litteris, Iudeum in publico foro, subditem Regiae Maiestatis,

nulla iniuria ab eo provocatus, dum frater meus gravi aegritudine corruptus decumberet, capere iussit et in vincula coniecit et eum usque ad benefacitum suum vinctum detinet. Quomodo autem cubiculario Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, acceptis ab eo mandatorum ipsius litteris, responderit, procul dubio Illustrissima Celsitudo Vestra iam compertum habet. Nescire se enim neque didicisse Germanicam linguam unquam dicit, et propterea nolle equum restituere prius, quam ipse litteras ab Illustrissima Celsitudine Vestra ipse<sup>2)</sup> interpretari et intelligere queat. Quod quam humile responsum fuerit, id ego iudicio Illustrissimae Celsitudinis Vestrae relinquor.

Et quod ego non tam subito futurum arbitror, ut Castellanus iste Germanicam discat linguam, ut tum demum equum eruptum restituat, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, quam humillime possum, oro et obtestor, ut illi denuo per aliquem interpraetem,<sup>3)</sup> sive per Dominum Capitanum Soldavensem,<sup>2)</sup> serio mandet, ut et equos, vi praeter ullum ius eruptos, restituat et in futurum sese ita erga fratrem meum germanum, Vicecapitanum Mlavensem, tum et erga alios subditos Sacrae Regiae Maiestatis, modeste et quiete gerat, ut nullam deinceps de se apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram conquerendi mihi, tum et aliis subditis Regiae Maiestatis, relinquat occasionem. Pertinebit hoc ad declaracionem mutuae amiciciae et amoris, quae est semper sanctissime constantissimeque inter Illustrissimam Celsitudinem Vestram et Sacram Serenissimamque Regiam Poloniae Maiestatem tenta et conservata. Quantum autem<sup>a)</sup> ad me attinet, nihil ego intermittam unquam, quod ad boni frugique ac fidelis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae servitoris<sup>a)</sup> officium pertinere posse existimavero, si me meumque fratrem, tum et subditos Sacrae Regiae Maiestatis, hoc amplexa fuerit beneficio, de quo nunc apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram tantispere sum sollicitus.

Quantum vero ad eas centum oves abducendas attinet, gratias maximas quasque Illustrissimae Celsitudini Vestrae ago et habeo. Curabo autem sedulo, ut Illustrissima Celsitudo Vestra aliquando intelligat eas non ingrato aut immemori homini donavisse. Hoc tantum ad maius videlicet in me Illustrissimae Celsitudinis Vestrae beneficium declarandum ab ea obnixe peto et oro, ut mihi eiusmodi oves tradere iubeat, quae proli propagandae sint accommodatae, quaeque satu suo perpetuam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae meae eciam posteritati recordacionem relinquant.

Arisensia<sup>3)</sup> seu Ioansbergensia ovilia meis bonis, quae in Masovia possideo, sunt magis contigua et vicina, tum et pascua fere sunt similia et eadem. Quando autem Illustrissima Celsitudo Vestra mihi opcionem ex gratia et clemencia sua concessit eligendi, ex quo ovili oves istas postulem, subnixe oro, ut Domino Crispino Blumstein, Capitaneo Arisensi, mandet, ut tempore praefixo, cum a me repetendarum istarum ovium ad se missum fuerit, eas mihi oves extradat aut extradi iubeat...

Raptim e Mlawa, die 13 Iunii, anno 1567.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
perpetuum mancipium et usque  
Gabriel Grabowiczki, Tribunus Lomsensis,  
propria manu.

a) supra lineam scriptum.

z) sic in ms.

1) Stanislaus Grabowiecki.

2) Alexander Ruszkowski.

3) Arys, opp. in Prussia.

N. 2025.

Muśniki, 15.VI.1567.

*Anna Radziwiłłowna Kiszka  
Alberto in Prussia duci  
arma ad usum bellicum filio suo mittenda expetit.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

Oswieczene Xziąse, Panie a Panie ku mnie wielcze milosczivie laskavi.

Abi Panbog W. Xz. M. dlugo w dobrim zdrowiu i fortunnim panovaniu ze wszem zaczniom potomstwem W. Xz. M. z laski swey chowacz raczil.

Isz szię tak i synem swim bespiecznie do szodroblowej laski W. Xz. M. ucziekam, w tą to nadzieję czinię, isz to slisze od wielu liudzi, ze W. Xz. M. szczerzy dobroczi a szodroblowosci swey kazdego potrzebę wspomocz i ratovacz raczisz. Pomniąncz tesz na to, isz pąn Iąn Radziwil, pan Ocziecz moy, starosta Zmoczki, wielcze szię kochal w laszce W. Xz. M. i umial to u siebie uvazacz, iakobi przeczwi konego laska W. Xz. M. niwczim naruszona niebila. Pomniąncz tedi W. Xz. M. na ziczlwe sluzbi jego, proszę pokornie, abisz tesz W. Xz. M. iako osieroczałej wdowie, mnie, i wszystkiemu domu memu laskavim a miloszivim panem będąncz, syna mego terasz ku tey nagley a pilney potrzebie przisley voienney kilka dziesiąt zbroj za pieniadze skarbu swego ratovacz raczil roskazacz. Iakozem i ustnie roskazala Symonu Eptiusu, sludze swemu, w tezy rzeczy laski W. Xz. M. imieniem moim uziwacz. Za którą ia laskę W. Xz. M. acz sluzicz nie mogę, wszakosz ustavicznemi modlitwami swemi do Pana Boga volacz będę, abi W. Xz. M. z laski swey w dobrim zdrowiu i fortunnim panovaniu ze wszem potomstwem W. Xz. M. dlugo chowacz raczil. Dan z Mussnik, XV Iunii 1567.

W. Xz. M.

powolna i ziczliwa sluzebnica  
Anna Radzivilowna z Musznik.

N. 2026.

Muśniki, 30.VI.1567.

*Ioannes Kiszka, decanus Ciechanoviensis,  
Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,  
mediationem et auxilium in emendis armis a duce in Prussia expetit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Magnifice Domine, mihi plurimum Observande.

Certiorem me fecit servus meus, quod Magnificentia Vestra meis in negociis apud Serenissimum Principem auxilio suo deesse noluit. Quam humanitatem et benevolentiam Magnificentiae Vestræ per occasionem demereri curabo. Iterumque in eisdem negociis mititur<sup>z)</sup> isthinc servus meus. Magnificentiam Vestrām exopto, ut possit mihi apud Serenissimum

Principem arma integra ad triginta personas adiutorio suo, pro pecuniis meis, expedire, et servus meus<sup>a)</sup> celeri cursu ad me venire. Quam humanitatem et benevolentiam Magnificentiae Vestrae deservire conabo<sup>b)</sup>.... Datum in Musniki, ultima Iunii, anno Domini 1567.

<sup>b)</sup> Magnificentiae Vestrae fidelis amicus  
Ioannes Kisska, Decanus Cziechonoviensis,  
manu propria.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex: servum meum*  
b)-c) *manu propria.*  
z) *sic in ms.*

N. 2027.

Cnissini, 11.VII.1567.

*Petrus Myszkowski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
causam baronum a Dohna, a duce sibi commendatam, se adiuturum pro-  
mittit.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.398.

N. 2028.

Cnissini, 12.VII.1567.

*Petrus Myszkowski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
desiderio ducis satisfaciens, mittit litteras commissionis regiae ad deter-  
minandam controversiam, duci cum palatino Culmensi intercedentem.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Quemadmodum Illustrissima Celsitudo Vestra per litteras suas mecum egit de expediendis a Sacra Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, litteris commissionis eius Maiestatis Regiae, secundum exempla litteris Celsitudinis Vestrae inclusa, ad determinandam eam controversiam, quae Illustrissimae Celsitudini Vestrae cum Magnifico Domino Culmensi Palatino<sup>1)</sup> intercedit, etsi quidem videretur mihi necessarium pactisque et federibus communibus consentaneum fore, ut Commissarii ad hoc negocium deputandi ab utraque partium eligerentur ac nominarentur, nihilominus tamen ego, satisfaciens hac in parte desiderio ac voluntati Celsitudinis Vestrae, mitto Celsitudini Vestrae litteras eiusmodi commissionis Maiestatis Regiae in personas Commissariorum, ab Illustritate Vestra<sup>a)</sup> nominatorum, secundum exemplum mihi a Celsitudine Vestra transmissum, in eo nihilominus Celsitudinem Vestram praemonitam esse volens, ut Celsitudo Vestra in promovendo hoc negocio hoc vel maxime in prospectu habeat, ne quid tandem impedimenti Celsitudini Vestrae ad determinandum hoc negocium id adferat, quod de Commissariis communibus

ad id negocium utrinque eligendis ac nominandis inter Celsitudinem Vestram et praefatum Magnificum Culmensem Palatinum non convenit... Datum Knischinii, die XII mensis Iulii, anno Domini MDLXVII.

b) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus servitor  
Petrus Miskovski.<sup>c)</sup>

- a) *in ms.* Vestrae  
b)-c) *manu propria.*  
1) *Ioannes Działyński.*

N. 2029.

Grodnae, 19.VII.1567.

Petrus Myszkowski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
pro Iudeis intercedit.

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Rogatus sum a Iudeis, qui nuper Regiae Maiestati supplicarunt, ut pro ipsis meas quoque partes ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram interponerem. Quod quidem eo minus gravate feci, quod ex supplicatione ipsorum rem esse aequissimam intellexi. Ab Illustrissima Celsitudine Vestra peto et quaeso, mandare Magistratui et Officialibus suis dignetur, Iudeos ut homines nihilominus esse meminerit et, quod magis est, etiam subditos Regiae Maiestatis, cum qua Illustrissimae Celsitudini Vestrae coniunctio sanguinis, terris autem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae etiam pacta et foedera intercedunt, quae Illustrissima Celsitudo Vestra sancta et inviolata hactenus conservavit. Confido autem cum aequitatem ipsam in hac causa apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram esse satis valitaram, tum etiam nonnihil fortassis commendationem hanc literarum mearum. Quod ego Illustrissimae Celsitudini Vestrae omnibus meis obsequiis referre per omnem occasionem studebo... Datum Grodnae, die XIX mensis Iulii, anno Domini MDLXVII.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus servitor  
Petrus Miskovski.<sup>b)</sup>

- a)-b) *manu propria.*

N. 2030.

Zick, 28.VII.1567.

Ioannes Krzysztoporski et Ioannes Demetrius Solikowski, commissarii regii, ducis in Prussia consiliariis  
pro Iudeis, subditis regiis, quorum merces et pecuniae a magistratu Regiomontano in arrestum et pignus positae erant.

2 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

Magnifici et Generosi Domini, Amici Charissimi et Observandi.  
Acceptimus Sacrae Regiae Maiestatis litteras, in quibus magnopere miratur, quod praesentibus nobis, qui non modo sedandorum motuum,

sed pactorum etiam communium conservandorum causa ab illius Maiestate delegati essemus, tantum sibi audaciae Magistratus Regiomontanus sumpserit, ut de hominibus Maiestatis Regiae, Iudeis, ius dicere eosque iniuriis et damnis afficere et, tanquam iurisdictioni suae subiectorum, merces et pecuniam in arrestum ponere non dubitet. Hortaturque nos illius Maiestas, efficeremus autoritate nostra, qua nos hoc tempore fungi istic voluit, ut ab huiusmodi rebus is Magistratus civitatis Regiomontanae caeterique officiales abstineant, neve subditos Suae Maiestatis in negociactione exercenda, cuius liberum usum et pacta communia et ius amicitiae ac vicinitatis, quae Suae Maiestati cum Illustrissimo Domino in Prussia Duce intercedit, molestent ac perturbent. Imprimis autem, ut pecuniam in pignus et arrestum positam ex arresto dimitti ipsosque Iudeos obligatione fideiussoria, de sistendo se ad ferias Divi Michaelis coacte praestita, solvi ac liberos pronunciari iuberemus.

Sua enim Maiestas, si quid est, in quo ius cuiquam de Iudeis dicendum sit, ius de illis sine mora dicturam se pollicetur. Nos recenti memoria tenemus, quos de subditis illis Maiestatis Regiae ad forum competens remittendis cum Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris sermones habuerimus, et aliquoties ipsas admonueramus, ne rem eam apud se levem existimarent, si in externa iurisdictione subditi Maiestatis Regiae iudicentur. Non enim iam ut de Iudeis est negocium, sed ut de subditis Maiestatis Regiae, de quibus in aliena iurisdictione ius dici, ut nos antehac, ita nunc Maiestas Sua rem pactis communibus contrarium<sup>z)</sup> esse iudicat, et passim ita consuetudo est, ut actor forum rei sequatur.

Horum Maiestatis Regiae subditorum quod sub finem discessus nostri nullam mentionem fecerimus, hoc effecit, quod putabamus illos iam ex illo iuditio liberos pronunciatos ad Maiestatem Regiam remissos esse. Sed nunc secus ex hac illorum supplicatione, quam nobis Maiestas Sua mittit, comperimus. Repulsos enim et prohibitos se queruntur, ne ad ullum nostrum sese conferrent, sic illi recta ad Maiestatem Regiam con fugerunt. Et nobis certe cuiusdam conniventiae apud Suam Maiestatem opinionem conflarunt. Quo nomine quae sit his, qui huic rei occasionem praebuerunt, referenda a nobis gratia, ipsae Magnifica et Generosae Dominationes Vestrae apud se expendant. Consilium itaque nostrum est, hoc est eorum, in quos prius quam in alios hae Maiestatis Regiae literae inciderunt, ut eos subditos Maiestatis Regiae, liberos fideiussoria cautione, et pecuniam pignoratam et arrestatam ex arrestato dimitti, et si cuiquam solvendo esse debeant, apud Maiestatem Suam quaeri praecipient. Quia quam minimum molestiarum accidere Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris ex animo cupimus, hoc ad ipsas bono studio et consilio scribendum putavimus... Ex Zich, 28 Iulii, anno Domini 1567.

Vestrarum Magnificarum et Generosarum Dominationum  
amici benevoli et synceri

<sup>a)</sup> Ioannes Christoporsky a Christoporzyce,  
Castellanus Vielunensis, manu sua subscrispsit.

Ioannes Demetrius Solikoffski,  
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manibus propriis.*

z) *sic in ms.*

N. 2031.

Konin, 22.VIII.1567.

*Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
Andream a Wilmansdorf commendat, ut ei dux magistratum in Liebstadt  
gerere permittat, quem pater eius defunctus olim gesserat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.398.

N. 2032.

Grodnae, 24.VIII.1567.

*Petrus Myszkowski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
pro Iudeis intercedit, ut ius suum obtineant et ne innocentes pro reis  
plectantur.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.398.

*Illustrissime Princeps etc.*

Rogatus sum a Iudeis istis, qui se istic maximis incommodis affectos esse his temporibus conqueruntur, ut pro illis partes quoque meas ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram interponerem, ac ut ius suum obtinere possent, intercederem. Quod ego quidem illis petentibus cum negare nec vellem nec possem, a Vesta Illustrissima Celsitudine peto et quaeso, ut ipsis ius suum secundum ea, quae Sacra Regia Maiestas ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram perscribit, tribui iubeat. Revera enim valde iniquum esse ipsa Illustrissima Celsitudo Vesta intelligit alios in culpa esse, alios autem pro iis plecti, tum autem quoque subditis Maiestatis Regiae, quos se esse Iudei isti profitentur, ditionibus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae interdici, cum praesertim illi parati sint cum subditis ipsis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Regiomontanis non secus, quam cum Gedanensibus, subditis Regiae Maiestatis, eiusmodi pactionem facere, quam ipsis subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae non ingratam fore existimo. Non dubito eorum aequitatem, mearum quoque istarum literarum intercessione, Illustrissimae Celsitudini Vestrae commendatiorem futuram... Datum Grodnae, XXIIII mensis Augusti, MDLXVII.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus servitor  
Petrus Miskovski.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

Kryłów, 26.VIII.1567.

*Stanislaus Ostroróg, secretarius regius, castellanus Międzyrzecensis,  
Alberto in Prussia duci  
de salute et valetudine ducis edoceri cupid et se duci et filio eius com-  
mendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illusterrissime Princeps etc.*

Quod tanto temporis intervallo de salute Illustrissimae Celsitudinis Vestrae nihil audiverim, continere me haudquaquam potui, quin has ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram per hunc strenuum et egregium virum, a me data opera missum, Dominum Scipionem Achillem, Illustrissimae Celsitudini Vestrae iam antea cognitum, exararem et fidissimi animi mei, ad quaevis etiam infima obeunda obsequia parati, promptitudinem Illustrissimae Celsitudini Vestrae testatum<sup>z)</sup> facerem. Quibus, pro meo erga illam affectu, studio et debita ac perpetua observantia, Illustrissimam Celsitudinem Vestram viso, saluto ac a Deo Optimo Maximo ex animo precor, ut Illustrissimam Celsitudinem Vestram in isto valetudinis statu propter syncerorem religionem promovendi ardentissimum studium non modo diu conservet, verum etiam animi et corporis robur, pro meo et multorum de illa bene meritorum solatio, adaugeat.

Nam quoties mihi paeclara illa Illustrissimae Celsitudinis Vestrae humanitas, cum summa et ea rara benignitate (qua me semper nihil tale unquam de illa bene meritum complecti dignata est), in mentem venit, toties dolor prae nimio videndi adhuc et contemplandi eam desyderio, cui propter varia publica et privata negotia, quibus pene obruor, satis facere non possum, lachrymas mihi extorquet. Verum enimvero Illustrissimam Celsitudinem Vestram humillime oro ac obsecro, ut mihi praesentem valetudinis suaे statum, quem tanquam mihi ipsi opto foelicissimum, per hunc praesentium exhibitem, Dominum Scipionem Achillem, qui etiam nonnulla nomine ac iussu meo Illustrissimae Celsitudini Vestrae oretenus referret, significare illique benignam aurem praebere ac negotia illius, quae illic coram Illustrissima Celsitudine Vestra habiturus est (ut votorum suorum compos existat), pro innata clementia sua, uti christianissimus et iustissimus Princeps, adiuvare dignetur.

Reliquum hoc est, Illustrissimae Celsitudini Vestrae non me tantum, verum etiam et filiolos meos teneros, qui singulari Dei beneficio patriis ingressi vestigiis, et Illustrissimam Celsitudinem Vestram et eiusdem filium (cui memet et infantulos meos Illustrissima Celsitudo Vestra, uti antea pluries exoravi, in eam, qua me sola hucusque complexa est, gratiam commendare saepius vita sua durante dignetur, oro) pari fide et observantia perpetuo colet et observabunt, quam diligentissime commendo, trado et devoveo. Datum in arce mea Kriloviensi, die 26 Augusti, anno Domini 1567.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

fidiissimus servitor

Stanislaus Ostrorog etc. manu propria subscrispsit.

<sup>z)</sup> sic in ms.

*Stawiska, 7.IX.1567.*

*Gabriel Grabowiecki, tribunus Lomsensis,  
Alberto in Prussia duci  
pro ovibus a duce sibi dono datis gratias agit; protectionem ab insidiis,  
quae contra se et fratrem suum castellanus Sieprcensis, Nicolaus Na-  
rzynski, struit, expedit.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Meam perpetuam servitutem et subiectionem, tum et me ipsum totum cum omnibus meis facultatibus et fortunis, quam possum diligentissime subiectissimeque, commendo in gratiam et clementissimum patrocinium Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, Deum autem Creatorem nostrum supplex oro semper, ut eam diutissime florentem, sanam et incolumem servet Spirituque Sancto suo corroboratam tueatur in longa saecula.

Apta me verba excogitare non posse video, Illustrissime Princeps, quibus Illustrissimae Celsitudini Vestrae digne gratias agam pro illis ovibus centum, mihi ex ovili Arisenisi<sup>1)</sup> apud Dominum Crispinum Blumstein clementissime liberalissimeque ac benignissime concessis. Verbis enim beneficia rependere, tantorum videlicet Principum ac tam magna, possibile non est. Curabo tamen sedulo, quantum in me est, atque enitar omni mea opera pro virili, ut aliquando Illustrissima Celsitudo Vestra non omnino ingrato homini illas oves concessisse tamque clementissime donavisse videatur, ac ut omnino cognoscat et intelligat beneficia, praeter meritum concessa, apud me in perpetua memoria permansura.

Gratias item habeo et ago Illustrissimae Celsitudini Vestrae pro illa quoque clemencia et benignitate, quod iusserit ac omnino serio mandaverit Domino Nicolao Narzimski, Castellano Sieprensi, equos, in publica et libera strata a se praeter omnem aequitatem ademptos, subditio Maiestatis Regiae praefecturae meae Mlawensis restituere. Eam facilitatem et clemenciam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae non apud Regiam Maiestatem, Dominum meum clementissimum, tantum, verum eciam apud alios omnes perpetuis laudibus praedicabo ubique semper. Fecit enim hoc Illustrissima Celsitudo Vestra, tanquam pientissimus Princeps ac tocius aequitatis et bonae vicinitatis conservandae<sup>a)</sup> et auctor et protector acerrimus, tum et studiosissimus. Quo nomine non tantum amorem aut amiciciam mutuam Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, Illustrissima Celsitudo Vestra meretur, verum eciam laudem et perpetuam gloriam apud omnem posteritatem.

Reddedit quidem equos Dominus ille Castellanus Sieprcensis, nam coactus est per cubicularium Illustrissimae Celsitudinis Vestrae eos restituisse, verum eo nomine usque adeo est inflammatus et exacerbatus, ut eciam publice iuraverit saepius fratri meo germano, Stanislaw Grabowieczki, qui vices meas in praefectura mea Mlawensi absente me gerit, vitam omnino brevi adempturum atque sanguinem ita profusurum, ut et aliis quispiam, eius exemplo cautior, non tam subito de se apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram iusticiam fieri petat aut de iniuria quavis conqueratur.

Quod autem Stanislaus Grabowieczki, Vicecapitaneus Mlawensis, meus frater est germanus, non libenter eum amitterem propter odium cuiusvis

Castellani. Qui quod eciam non meas tantum, sed eciam Regiae Maiestatis vices in praefectura Mlawensi gerit, dignum eum esse arbitror patrocinio et tuicione ac protectione Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Quare ab ea obnixe ac subiectissime diligentissimeque eciam atque eciam oro et obsecro, ut fratrem meum una mecum in tutelam et clientelam ac protectionem suam Illustrissima Celsitudo Vestra suscipiat eumque,<sup>b)</sup> vel utrumque nostrum,<sup>c)</sup> litteris suis salvi conductus ita muniat, ut ne de caetero minas huius Castellani metuat ac de vita sua protectione Illustrissimae Celsitudinis Vestrae omnino sit saecurus.<sup>z)</sup>

Peterem a Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, defensionem, sed quod haec est nunc belli negocio occupata, Dominus autem Castellanus Sieprensis e bonis suis, Illustrissimae Celsitudini Vestrae in Ducatu Prussiae subiectis,<sup>a)</sup> fratri meo insidias struit, ut soleo, ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram primum iniuriam fratriss, tum et meam ispius, defero, ne videar de aequitate et defensione Illustrissimae Celsitudinis Vestrae dubitare aut de ea dubitacionem Regiae Maiestati inculcare velle.

Proinde iterum atque iterum ab Illustrissima Celsitudine Vestra praecibus subiectissimis contendeo, ut quoquo modo me vel fratrem meum ab insidiis huius Castellani saecurum facere iubeat. Ferociam autem ipsius et audaciam ita mandatis suis coercere faciat, ut sine metu atque periculo rebus et negocis Sacrae Regiae Maiestatis satagere queamus. Pertinebit autem hoc ad confirmacionem sanguine iunctae amiciciae, quae semper est sanctissime culta inter Regiam Maiestatem et Illustrissimam Celsitudinem Vestram. Me autem et meum fratrem prompcorem faciet ad obeunda omnia obsequia et studia, quae iam dudum debemus pro innumerabilibus beneficiis, quae plurima Illustrissima Celsitudo Vestra palam eciam conferre in nos non cessat...

Raptim e bonis meis Stawiska, die 7 Septembris, anno 1567.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
mancipium perpetuum  
Gabriel Grabowieczki, Tribunus Lomsensis  
et Capitaneus Mlawensis, propria manu.

a) *supra lineam scriptum.*

b)-c) *in margine.*

z) *sic in ms.*

1) *Arys, opp. in Prussia.*

N. 2035.

Marków, 3.X.1567.

Petrus Myszkowski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto in Prussia duci  
causam Wobserianam regi et sibi curae esse et fore significat.

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Quo magis intelligo Vobserianam hanc causam et ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram et ad Regiam Maiestatem et ad utriusque dominiorum tranquillitatem pertinere, hoc maiorem semper dedi operam, ut

primum ex dignitate tam Regiae Maiestatis, quam Vestrae Illustrissimae Celsitudinis, deinde etiam ex tranquillitate dominiorum utriusque componeretur. Nunc autem cum ex literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae cognovissem, quanti demum hanc causam Illustrissima Celsitudo Vestra faciat, hoc impensius apud Maiestatem Regiam curavi, ut postulatis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae satisficeret. Cum enim omnia imperata Illustrissimae Celsitudinis Vestrae magnam apud me auctoritatem habeant, tum ea profecto habent maximam, in quibus maximum rerum suarum momentum Illustrissimam Celsitudinem Vestram ponere intelligo. Qualem Vobserianam hanc causam esse literis suis Illustrissima Celsitudo Vestra non obscure declarat et ostendit.

Ac quae sit quidem Regiae Maiestatis de ea sententia et voluntas, ex literis ipsius Maiestatis Illustrissima Celsitudo Vestra cognoscet sibique persuadebit totum hoc negocium curae fore Maiestati eius ita, ut ne qua fraus callidi istius et versuti homini, qui datae fidei omnia videtur postposuisse, aliquid ad eum sublevandum et ex his iuris vinculis, quibus Regiae Maiestati obstrictus et obligatus est, liberandum valuisse videatur. Certo enim et admodum expedito iure Maiestas eius adversus eum instructa est, quod nullam Commissariorum cognitionem, quam ille frusta animo videtur designasse, opus habeat. A quo quidem iure tam aperto et tam expedito Sacra Maiestas Regia divelli se, nisi plenissima et certissima satisfactione, non patietur. Quo animo quanquam ipsam Maiestatem eius esse plane intelligo, tamen ego quoque, pro officio meo, quod gero, et studio ac observantia erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram, Maiestatem eius, si quid opus erit, reverenter per omnem occasionem submonebo... Datum in Markow, die tertia Octobris, anno Domini MDLXVII.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus servitor  
Petrus Miskovski  
Regni Poloniae Vicecancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2036.

Torunii, 8.X.1567.

*Ioannes Stużewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
nomine suo et castellani Gedanensis, Ioannis Kostka, rogat, ut conventus  
Heiligenbeilensis usque ad tempus post Nativitatem prorogetur, ob  
periculum pestis in illa regione grassantis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Durchlauchtiger etc.

Nachdem dy k. mt., unser allergnedigster herr, mir und dem wolgeborenen herrn Johansen Kostka von Stangenberck, danzker castellan, gnedigst auferlegt, den angesazten und furstehenden gemeinen landtag so zum Heiligenbeyl auf den 13. ditto Octobris solte gehaldten werden, zu besuchen und abzuwarten. Und aber wir ir k. mt. in antwort undterthenist hinwiederumb mit guttem grunde glaubwirdig berichtet, das es sowol

an benanter malstadt zum Heiligenbeyl, als in umbliegenden benachbarten örtern hin und wieder der geferlichen sterblichen leufte halben diese zeit sehr unsicher und derwegen solche bestimpte und beramete tagfart etwas lenger biss das wetter, wils Gott, kelter und besser werde, zu vorschieben irer mt. wolmeinlich gerathen. Auch keinen zweifel darob uns machen, das ire k. mt. allergnedigst damit zufrieden sein werden, inmassen E. F. D. vom herrn Demetrio Sulikowski, koniglichem secretario, selbst gegenwertig und muntlich allenthalben ferner gnediglich werden konnen vornehmen. Als gelanget demnach an E. F. D. mein und wolgedachtes herren danzker castellans dinstliches und wolmeinliches bitten, dieselbe geruche dieser geferlichen zeit ungelegenheit nach obgedachte angesatzte tagfart ein wochen oder two ungeferlich bis nach kunftigen Weinachten gnediglich zu erstrecken und dan zu halten bewilligen. So wollen wir alsdan desto williger darzu und unbeschwereter erscheinen und den furstehenden hendeln und sachen mit soviel desto mehr treuen fleisse vermittelst gottlicher hulfe beiwonen, obligen und abwarten... Datum zu Thorn de 8. Octobris anno etc. Christi im 1567 ten.

E. F. D.  
dienstwilliger

<sup>a)</sup> Joannes a Sluzhewo Palatinus  
Brzestensis manu propria.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2037.

*Heilsbergae, 12.X.1567.*

*Ioannes Demetrius Solikowski, commissarius regius,  
Alberto in Prussia duci  
de conventu Heiligenbeilensi ad tempus post Nativitatem ob periculum  
pestis differendo.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Missus a Sacra Regia Maiestate in terras Prussiae Illustrissimae Celsitudini Vestrae subiectas, dum non tutam passim profectionem ob pestilentiam intellexissem, Heilsperga apud Illustrissimum Dominum Cardinalem<sup>1)</sup> substi, simulque Magnificos Dominos Palatinum Brestensem<sup>2)</sup> et Castellanum Gedanensem,<sup>3)</sup> ut ad praestitutam Comitiis diem in oppidum Heiligbeil, vel qui a pestilentia tutor esse locus videretur, convenirent rebusque ad eum conventum reservatis manum summam imponerent, de sententia Maiestatis Regiae per litteras admonui. Quorum uterque respondit videri sibi eius conventus celebrationem, siquidem ex omnibus oppidis, praesertim Regiomontanos cives, ubi iam acerrime pestem saevire ferunt, ei interesse oporteat, cum gravi periculo esse coniunctam, et id fere omnium sermonibus esse iactatum eum conventum in aliud commodius et ab ea pestilentiae contagione liberius tempus dilatum iri.

Quoniam autem ea, quae restabant in eis Comitiis conficienda, commodum et utilitatem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae et provinciae

ipso subiectae secum ferunt, libenter, si per hanc pestilentiam licuisset, ad locum assignatum eramus conventuri. Sed ut temere nos periculo vitae subiiceremus, visum non est consultum, cum res tamen eiusmodi sint, ut adhuc aliquam moram sine maiore detrimento commode pati posse videantur. Qua de re quae sit Magnifici Domini Palatini Brestensis sententia, ex his ipsius litteris, quas Illustrissimae Celsitudini Vestrae mitto \*) cognoscet. Quoniam autem et ob grassantem pestilentiam et temporis angustiam Commissarii Regiae Maiestatis iam adesse non possunt, hoc illis consultissimum videtur, ut Illustrissima Celsitudo Vestra in aliud tempus haec Comitia differat tempusque iis habendis circa ferias Natalis Domini assignet, quo, si Deus ita voluerit, a peste per frigora hyemis nihil periculi metuendum erit. Qua in re quid Illustrissima Celsitudo Vestra apud se statuerit, ut mihi significare velit, quid potissimum Maiestati Regiae referre debeam, ab Illustrissima Celsitudine Vestra obnixe peto... Heilsperga, XIIa Octobris, anno Domini MDLXVII.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

a) servitor addictissimus

Ioannes Demetrius Solikowski,  
Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae Secretarius,  
subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) Stanislaus Hosius.

2) Ioannes Stuzewski.

3) ~~Stanislaus Kostka~~ Ioannes Kostka.

\*) desunt

N. 2038.

Lebieszewo, 28.X.1567.

Ioannes Dulski, capitaneus Rogosnensis, etc.,

Alberto in Prussia duci

bona penes Vilnam sita et domum lapideam Vilnae existentem sibi in  
arendam dari expedit.

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Nullum mihi est dubium, quin Illustritas Vestra in recenti habeat memoria id, quod avunculus meus dilectissimus, Dominus Achatius a Dhon, aulicus ac cubicularius Illustritatis Vestrae, nomine meo ratione bonorum penes Vilnam sitorum, ac domo lapidea in civitate Vilnensi existente, quae quidem ad Illustri piae memoriae Domino Comite in Tarnau<sup>1)</sup> iure donationis ad Illustritatem Vestram defluxere, precibus contenderit, ita ut litteris vicissim mihi relatum sit Illustritatem Vestram, siquidem hactenus praefata bona arendae exposuisse dicitur, et tempus arendationis, quo aliis obligata fuerunt, ad futurum festum Purificationis Mariae expirabit, mihi, servitori Illustritatis Vestrae antiquo, eodem nomine exponere, dum illud rogarim, prae caeteris haud denegare dignari, si quibus conditionibus suspicere velim, me paucis declararem. Ne itaque occasionem talem negligere videar, una cum his litteris servitorem meum

Davide Flosselium, praesentium exhibitem, cum plenaria plenipotentia ac mandato ad Illustritatem Vestram mittere volui, dans et concedens eidem etiam ultra conditiones his insertas, si forte ex re mea quid fore videbit, cum Illustritate Vestra aut Consiliariis eiusdem, quibus hoc negotium committere dignabitur, conveniendi, concludendi ac denique aliquid certi constituendi.

Cum vero ante omnia necesse sit animum meum aperire, quo nomine arendationem talem suscipere cupiam, et quanto annuatim pretio, sumمام certam polliceri non possum, dum bonorum illorum situm, commoditatem et usum fructum nondum indagarim, multo minus perspexerim. Quantum tamen ad id, offero me tantum, quantum alii, qui hactenus arenanda bonorum praefatorum usi sunt, numerarunt, soluturum. Legatis Illustratatis Vestrae, si qui forte Vilnam mittentur ad conficienda negotia apud Sacram Regiam Maiestatem, illis ab Illustritate Vestra commissa, non tantum copiam lapideae in civitate sitae, verum etiam hospitium proprium mihi destinatum, quoties voluerint, adeundi et habitandi iusta oportunitate et commoditate concedam. Internuntios et Ferendarios Illustratatis Vestrae non tam Vilnae in aedes meas excepturus sum, sed ubique locorum cum Regia Maiestate constitutus ero, liberam ad me cum equis suis divertendi facultatem permittam illisque de victu et pabulo prospiciam.

In promovendis autem et conficiendis apud Sacram Regiam Maiestatem negotiis Illustratatis Vestrae, cum confidam Illustritatem Vestram me hactenus eidem sensisse devinctissimum, non est quod Illustrati Vestrae ullum interveniat dubium, quin multo maiori industria promovere pergam. Cumque multa interdum incidere soleant, quae digna Illustrati<sup>2)</sup> Vestrae scitu sint, non poenitebit, nec pigebit me creberrimis etiam litteris Notarii mei illa Illustratati Vestrae, prout piae memoriae a Illustri Domino Comite in Tarnau factum esse dicitur, refferre atque communicare. Dato autem, ubi Illustratatis Vestrae filius, Princeps iunior, Dominus meus summa observantia colendus, aulam Regiae Maiestatis aliquando invisiere voluerit, non modo paratum me offero lapidea cum bonis praefatis, verum etiam hospitio meo cedere, in omnibusque me Illustratati Suae talem admodumare fautorem ac servitorem, qualiter decet hominem generosi animi memorem et gratum, nihil dubitando, Illustritatem Vestram, quod attinet pretium arendationis, ita moderaturam, quo diu arendator felix ac servitor fidelissimus Illustratatis Vestrae manere queam. Quam diu salvam atque incolumem cupio et opto, etiam atque etiam rogans Illustritatem Vestram servitorem meum re infecta vel absque responso directo ad me non remissuram. Quis sit status iam aulae Regiae Maiestatis ac praesentis expeditionis bellicae, scribere nimis longum foret. Illustritas autem Vestra copiose omnia ex relatu servitoris mei cognoscere non dedignabitur. Datum in Lebeschewo, 28 die Octobris, anno Domini 1567.

Illustratatis Vestrae  
deditissimus servitor  
<sup>a)</sup> Iohannes Dulski etc.  
manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

<sup>z)</sup> *sic in ms.*

<sup>1)</sup> *recte: Tarlo (Gabriel).*

*N. 2039.*

*Stobnica, 24.XI.1567.*

*Petrus Zborowski, castellanus Wojnicensis, orator regius apud Selimum II,  
Alberto in Prussia duci  
a duce rogatus, ut aliquos nobiles Pruthenos, itineris sui Turcici comites  
secum assumeret, consensum suum significat.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Is mihi semper nativus animus erga Illustrissimam Celsitudinem Vestrarum fuit, ut nil mihi gratius accidere possit, quam si qua in re per occasionem Illustrissimae Celsitudini Vestrae obsequium praestare possem. Quod igitur nobiles quosdam, subditos suos, mihi Illustrissima Celsitudo Vestra sic commendat, ut comites mei itineris Turcici sint, id mihi adeo pergratum accedit, ut nomine Illustrissimae Celsitudinis Vestrae omnem favorem benevolentiamque illis praestare decreverim. Quod quidem illi re ipsa experientur, mihi gratissimi ob hanc commendationem futuri comites. Qua in re praeterea Illustrissimae Celsitudini Vestrae inserviendi occasio mihi dabitur, nullam omnino lubens praetermittam... Datae Stobniciae, 24 Novembris, anno 1567.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
addictissimus servitor  
ad Turcarum Caesarem Magnus Orator,  
Petrus a Zborow, Castellanus Woinicensis,  
a) manu propria subscripsit. b)

a)-b) *manu propria.*

*N. 2040.*

*Kunów, 6.XII.1567.*

*Stanislaus Myszkowski, palatinus Cracoviensis,  
Alberto in Prussia duci  
gratias agit pro eo, quod dux nepotem suum inter servitores filii sui  
reputare dignatus est, eumque per Albertum Górski, servitorem suum,  
Regium Montem mittit et commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

# 1568

*N. 2041.*

*Ex castris regiis, 17.I.1568.*

*Matthias Zaliński, praefectus cubiculi regii,  
Christophoro a Kreitzen, consiliario ducis in Prussia,  
Stanislaum Miłoszewski, venatorem Belzensem, negotium apud ducem Al-  
bertum habentem, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2042.*

*Ex castris regiis, 17.I.1568.*

*Matthias Zaliński, praefectus cubiculi regii,  
Ioanni Iacobo Truchsess, libero baroni in Waldburg, consiliario ducis in  
Prussia,  
Stanislaum Miłoszewski commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2043.*

*Ex castris regiis, 17.I.1568.*

*Matthias Zaliński, praefectus cubiculi regii,  
Christophoro Ionae, consiliario ducis in Prussia,  
Stanislaum Miłoszewski commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2044.

Marienburgi, 21.I.1568.

*Ioannes Służewski et Ioannes Kostka, commissarii regii,  
consiliariis ducis in Prussia  
ad conventum Heiligenbeilensem in negotio Iudaeorum propter saevientem  
pestem se nunc venire non posse significant; postulant tamen, ut  
eisdem Iudeis pecudes aliaeque merces Soldaviae retentae restituantur  
liberaque mercatura eis permittatur.*

*Sigill.*

(Annexum: litterae regis ad I. Służewski, I. Kostka et I. D. Solikowski,  
18.X.1567, de Iudeis)

H B A, B 2, K.398.

Unseren freundlichen gruss zubevoehr. Wollgeborner, edle, achtbare und erentvreste herren, inbesondere gute freunde.

Auss infligndem abcopirten konniglichen an uns gethanen schreiben haben sich E. H. und G. desselben einhaltdts nach mehrer lenge zu ersehen, und weil uns dan in demselbigen auferleget und befohlen wirdt, der Juden halben, eyn solches bey e. f. d., dan auch volgendlts bey E. H. und G., sowoll eyner erbarn landtschaft vordtzustellen, als haben wir uns konniglichem beliech nach schuldigk erkennen, nach dem wir uns aus f. d. schreiben zu berichten, das E. H. und G. sowoll eyne erbare landtschaft eyne zusammenkunft zum Heiligen Beill auf den 18 tagk des jtzigen monats Januarii halten sollen, dahin wir uns den auch wegen der jtz geiferlichen zeiten nicht begeben konnen, auch fur unsere personen derselbigen vielfeltigen muhe wolten uberhoben sein. Weil es aber der hochgedachten jrer ko. mt. gnedigster befelich, so seindt wir auch vermoige unserer schuldigen pflicht und treue yn underthenigkeit demselbigen nachzukommen bereidwilligk, sobalde Godt der Almechtige diese jtz erschreckliche straffe der pestilentz gnedigklichen abgewenden, solches dennach in sonderheit an E. H. und G. nebenst ubersendung eynes konniglichen schreibens, an f. d. haltende, schrifftlichen wollen gelangen lassen, dieselbigen hiemit im namen der hochgedochten ko. mt., unsers gnedigsten konnigs und herren, vormanende, fur unser person aber freundlichen sinnende, die wollen die beschaffunge thun, damit nicht allein die <sup>a)</sup> Juden, welchen zu Soldau ir vihe und anders mehr angehalten, dasselbigen hinwiddrumb mogen habhaftigk werden, sondern inen auch landt den aufgerichtten vortregen eyn freyer pass und handlung gegonnet und gestattet werde, wie dan solches yn den konniglichen schreiben weidleuftiger endthalten. Hiemit nicht zweifelnde, E. H. und G. werden sich hierinne auch dermassen erzeigen, damit den vortregen nichts zu entgegen ferner vorgenohmen werde und alle weiterunge vorhutten.

Solches gereicht jrer ko. mt. zu besonderen gefallen hinwidder auch yn allen gnaden zu erkennen. Und wir seindt E. H. und G. angenhemē

willfarungk zu erzeigen erbottigk, dieselben hiemit godtlichem schutz und schirm entpfelende. Datum uff Marienburg den 21 ten Januarii des LXVIII jahres.

E. H. und G.

gudtwillige freunde

Joannes a Sluszewo  
palatinus Brzestensis

Joannes Costka

castellanus Gedanensis subscrispsit.

a) *supra expunctum*: den

*Annexum: Litterae regiae ad commissarios pro Iudeis, 18.X.1567.*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Prussiae Masoviaeque Dominus et Haeres.

Magnifice et Generosi, Fideles Dilecti.

Composita sunt autoritate literarum nostrarum negotia illa privata inter Iudeos quosdam, subditos nostros ex Magno Ducatu Lithuaniae, et subditos nonnullos Illustris Domini in Prussia Ducis. De quibus negotiis superioribus mensibus ad Sinceritates et Fidelitates Vestras scripseramus. Sed quoniam aliud quoddam emersit, quod ad rationem pactorum nostrorum communium videtur pertinere, nimur quod edicto omnium Ordinum terrarum illarum, cui ipsae etiam Sinceritates et Fidelitates Vestrae dicuntur interfuisse, sublata esse videtur libertas commertiorum inter subditos Illustris Domini Ducis et eosdem Iudeos, subditos nostros, hortamur Sinceritates et Fidelitates Vestras eisque mandamus, primo ut nobis eiusdem edicti rationes omnes diligenter perscribant, deinde ut conservata istic in omnibus integritate ac robore pactorum communium nostrorum, a quibus ne latum quidem unguem Sinceritates et Fidelitates Vestras discedere volumus, perficiant, ut Iudeis, subditis nostris, constet libertas vetus commertiorum in Ducatu Prussiae exercendorum, quam nos libertatem non minus Iudeis, quam reliquis, Rutenis, Armeniis, Tataris etiam ipsis, quorum tamen omnium a nostra abhorret religio, praestare pro officio nostro erga<sup>a)</sup> omnes subditos nostros tenemur.

De quo agent diligenter Sinceritates et Fidelitates Vestrae cum Illustri Domino Duce et Consiliariis Ordinibusque terrarum illarum. Itemque quoniam praeter commercia etiam transitus per ditionem Illustris Domini Ducis denegari Iudeis, subditis nostris dicitur, usque adeo ut nunc quoque aliquod<sup>z)</sup> Iudei ex Ploczko, per ditionem illam transeuntes, in carcerem coniecti sint, dent operam Sinceritates et Fidelitates Vestrae, ut primum omnium Iudei isti Plocenses ex carcere dimittantur, deinde cum non modo ex pactis nostris, sed etiam ex iure ipso gentium debere unicuique videatur, ut qui sine maleficio transire cupit, transitus in omnem partem liberos ubique habeat et expeditos. Ceteris etiam Iudeis, subditis nostris, deinceps per dominia Illustritatis Suae transeuntibus, tuto et liber in omnes partes transire et ire ac redire liceat. Utrunque et ad Illustrum ipsum Dominum Ducem scribimus, et curae esse volumus Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris, pro officiis eorum et gratia nostra. Datum in Markovo, die XVIII mensis Octobris, anno 67, Regni nostri XXXVIII.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis propria.

*In dorso:*

Magnifico et Generosis Iohanni de Sluzewo, Palatino Brzestensi ac Coninensi Miedzirecensique, Iohanni Kostka de Stemberg, Castellano Gedanensi, terrarum nostrarum Prussiae Thesaurario, ac Pucensi Dirsovienique Capitaneis, et Iohanni Demetrio Solikowski, Secretario nostro, ad Conventum Ducatus Prussiae nostris Commissariis, sincere et<sup>z)</sup> fidelibus dilectis.

a) *in ms.* ergo  
z) *sic in ms.*

*Schedula adiuncta:* \*)

Dum haec ad Illustratatem Vestram scribimus, adfertur ad nos duos Iudeeos quosdam ex civitate Plocensi, una cum pecoribus et pecunia omni, detentos istic per Praefectum Illustritatis Vestrae Dzialkoviensem<sup>z)</sup> et in carcerem coniectos esse, nulla alia de causa, quam quod Gedanum proficiscentes per ditionem Illustritatis Vestrae iter facerent. Id si ita est, intelligit Illustritas Vestra, quam id non modo nobis, sed etiam Ordinibus ipsis Regni nostri permirum atque adeo intolerandum fuerit.

Quam ob rem, uti antea quoque Illustratatem Vestram per litteras nostraras de eadem re hortati sumus, ita nunc etiam hortamur ab eaque diligenter postulamus, ut eos, qui detenti sunt, quam primum dimitti, deinceps autem subditos nostros, etiam Iudeeos, iter per ditionem illam transeuntes, detineri aut pignerari ne faciat. Id enim magnopere ad rationem pactorum nostrorum pertinet, quae nos modis omnibus tueri ac conservare necesse est.

z) *sic in ms.*

\*) *haec schedula probabiliter pertinet ad epistolam regis ad ducem sub eodem dato, de eadem re. Cfr. El. XXXII, N. 1094.*

*N. 2045.*

*Marienburgi, 21.I.1568.*

*Ioannes Służewski et Ioannes Kostka, commissarii regii,  
consiliarii Ducatus Prussiae  
de conventibus Ordinum Ducatus Prussiae ob periculum pestis non cele-  
bratis referunt; in praecedenti autem Conventu nihil decretum esse  
recordantur ob sententiarum diversitatem; mirari se asserunt ducis  
consiliarios, ipso duce iam senili aetate sua confecto, ipsis vero absen-  
tibus, Conventum Ordinum tam periculosis temporibus inopinate in-  
dicere.*

*2 sigilla.*

*H B A, B 2, K.398.*

Unsern freundlichen grus bevorn. Wolgeborne, edle, achtbare und ernvheste herrn, insondere und gute freunde.

Es hat die f. d., unser gnediger herr, ein schreiben an den herrn dantzker castellan s. g., welchs den 8 Ianuarii dieses itzigen monats

entpfangen, vorfertiget, dorinnen vor nemlichen enthalten, das i. f. d. aus hoen wichtigen vorfallenden gescheften nicht habe konnen umbgang haben auf den 18 gedachts monats gegen Heiligbeill, wie ungelegen, beschwerlichen und geferlichen sicks auch immer wegen der erschrecklichen straff der pestilentz, beide auffm land und in stetten ansehen lassen, ein gemeine erbare landschaft vom Land und Stetten zu vorschreiben wie den in i. f. d. schreiben nebenst dem eingelegten zettel, das sich i. f. d. in schlissung des brifs erinnert, was wir im vorschielen landtage an eine erbar landschaft wegen einer hulf der ko. mt. zu Polln zum besten geworben und das sich i. f. d. dieselben als ire eigene hendel wollen lassen angelegen sein und treulich befurdern, weitleuftiger vormeldet. Nachmaln ist von f. d. dem hern dantzker castellan s. g. ein ander schreiben zugeschiket worden, doraus wir vornhomen, das weil sich itz zum Heiligbeill auch die erschreckliche straff der pestilentzien erreget, sei i. f. d. vorursachet, den landtag ein 8 tage lenger zu vorschreiben und vondannen gen Rastenburgk zu vorlegen.

Nun wissen sich zweifelsohne E. H. und G. unsers gegebenen abschidts zu erinnern, doraus dieselben zu vornhemen haben, das im jungst vorschielen landtage allerlei hoe und fast wichtige gescheften wegen der uneinigkeit, zwist und zwiespalt einer erbarn landschaft und der stette, wie auch anderer gebrechen mher, so eine zeitlang unter inen geschwebet und noch nicht voreiniget, unvorrichtet vorblieben, dieselben auch on unserer, als der ko. mt. vorordenten commissarien gegenwertigkeit, nicht konnen, noch mugen, beigeleget werden.

Als hat es uns von E. H. und G. nicht wenig befrembdet, das dieselben, welchen itz i. f. d. wegen ires hoen loblichen und schweren alters alle handelungen vortrauet und beholen in diesen sachen so weit uberschritten und über den vorigen abschidt und reces, so im nhamen und von wegen der k. mt. bei E. H. und G. vorlassen, itzo also eine schleunige zusammenkunft on unserer vorwissen gar spett und in solcher geverlicher zeit angesetzet haben. Dan ob es wol im nhamen und von wegen f. d. gescheen, so wissen wir doch, gotlob, den zustandt und beschwertes alters j. f. d., konnen dasselbige i. f. d. auch nicht bei und zumessen, sondern E. H. und G., denen das regiment in diesem hoen und beschwerten i. f. d. alter behvollen. Wiewol wir aber fur unsere personen solcher mhu viel lieber wolten enthraten sein, weil es aber irer vielhochgedachten ko. mt. gnedigster will und befhelich, so erkennen wir uns auch nach erheischung unserer geburlichen pflicht in aller underthenigkeit denselben zu volnzihen. Haben demnach solchs an E. H. und G. schriftlichen wollen gelangen lassen und thun dieselben hiemit im nhamen und von wegen der hochgedachten ko. mt., unsers gnedigsten konigs und herrn ,treulich und woleinende vormhanen und vorwarnen. Die wollen sich mit vorstellung derselben handlungen, welche dem reces zu entgegen, gentzlichen enthalten und dorauf bedacht sein, damit dieselben auf eine bekwemerer, sicherer und fuglicher zeit vorschoben werden, damit die ko. mt. nicht zu andern mitteln bewogen und verursachet. Solte auch über diese vormhanung und warnunge one unserer als der ko. mt. commissarien beisein die vorbliebenen handelungen vorgenommen werden, wie wir dan durch den hern Loitzen und Krackauen berichtet, das sie auf den terminum citiret, welchs uns auch nicht wenig befrembdet. Das sie aber auf ange-setzem termino nicht erscheinen, geschicht aus den ursachen, das wir inen solchs im nhamen und von wegen ko. mt. undersaget. So wurde i. ko. mt. solchs bei niemandts anders dan bei E. H. und G. suchen wollen. Dan sich<sup>a)</sup> E. H. und G. zu erinnern wissen, mit was beschwer so wol

der herr Loitz als auch herr Crackaw von allen stenden belegen und des handles halben in vordacht gesetzet, welchs wir i. ko. mt., doran derselben nicht wenig<sup>a)</sup> gelegen, berichtet. Derhalben auch on vorwissen und unserer beisein die hendl laut irer mt. gnedigstem behelich nicht konnen vorrichtet werden. Und wollen E. H. und G. zum überflus aber undt abermals vormhanet und gewarnet haben, damit die handlung, welche dem reces entgegen nachblieben und E. H. und G. nicht in gröseren vordacht gesetzet. Sobald Gott der Allmechtige die itzige straff abwenden wirdt, welchs dan der barmhertzige Got gnediglichen vorleihen wolle, so werden wir auch vormuge s. ko. mt. befhelich,<sup>b)</sup> unsern treuen und pflichten nach, wissen nachzukommen und nachzusetzen. Solchs haben wir E. H. und G. zu mherer nachrichtung nicht konnen unvormeldet lassen...<sup>b)</sup> Datum Marienburgk den 21 Ianuarii anno 68.

Gutwillige freunde

c) Joannes a Sluzhewo  
Palatinus Brzestensis subscrispit  
Joannes Costka  
Castellanus Gedanensis subscrispit.<sup>d)</sup>

a)-a) *linea in margine.*

b)-b) *linea in margine.*

c)-d) *manibus propriis.*

N. 2046.

Marienburgi, 21.I.1568.

*Ioannes Stużewski et Ioannes Kostka, commissarii regii,  
Alberto in Prussia duci  
litteras ducis in negotio Conventus Rastenburgensis ob nondum extinctam  
pestem ad aliud tempus differendi nuntiant; nunc petunt, ut aliud  
commodius tempus designetur, quo, prout regii commissarii, dicto  
Conventui adesse possint.*

*2 sigilla.*

*H B A, B 2, K.398.*

Durchleuchtiger, hochgeborener furste, gnediger herr.

Nach erbietung unserer bereitwilligen dienste mogen wir E. F. D. nicht bergen, das wir derselbigen schreiben ahn den herrn dantzker castellan s. g. in sonderheit vorfertiget, den 8. dieses itzigen monats Ianuarii empfangen und daraus ersehen und zur genuge eingenommen, das ob es wol E. F. D. wegen der itzt regirenden erschrecklichen straffe der pestilentz, welche aus derselben landen noch nicht ghar hinweggekommen, sondern sich dieselbige sowol zu Koningsbergk, also auch auf dem lande und stetten imer merken und sehn lest, bedenklichen vorgenfallen eine zusammenkunft in diesen geferlichen zeiten zu halten. So habe doch E. F. D. aus hochdringender noth und andern vorfallenden ursachen keinen umbgangk haben konnen, derselbigen lantschaft uf den 18 tagk dieses monats Ianuarii zu vorschreiben, wie dan weitleuftiger in demselben schreiben enthalten und ferner in dem eingelegten zeddel, das sich

E. F. D. in schliessung des briefes erinnern, was wir in vorschinen landtage ohne eine erbare landtschaft wegen einer hulfe der ko. mt. zu Polen etc. zum besten geworben und das sich E. F. D. dieselbige als ire eigen hendel wol lassen angelegen sein und treulich befurdern lassen, daraus zu befinden. Volgents ist von E. F. D. dem herrn dantzker castellan s. g. ein ander schreiben zugeschickt worden, daraus wir vorstanden, das E. F. D. sei vorursacht worden, weil sich zum Heiligenbeil die erschrecklich straffe der pestilentz erreget, den landtag ein achtage lenger zu vorschreiben und vondannen gen Rastenburgk zu vorlegen.

Darauf konnen wir E. F. D. nicht vorhalten, das zuvoraus ohne allen zweivel die ko. mt., unser gnedigster koning und herr, welche sich in E. F. D. hochloblichen alter mit aller sorgfeltigkeit gnedigst allewege erzeiget, volgents auch wir, als von ihrer hochgedachten ko. mt. zu abhelfung der entstandenen unrichtigkeit, uneinigkeit, zwispalt und anders gebrechen mher deputirte und vorordente commissarii, solcher schleuniger aufforderung einer erbaren landtschaft von E. F. D. uns nicht vorhoffet, sonderlichen nachdem nicht allein solche geferliche zeitunge vorhanden, in welcher so wol wir als auch E. F. D. liebe underthanen, in hohe leibes gefhar gerathen mochten, sondern viele mher in ahnmerkunge der vorgenfallenen hohen und wichtigen gescheften, welche uns vornemblichen wegen der grossen uneinigkeit und zwispalt sowol auch anderer gebrechen einer erbaren Landtschaft und der Stetten, die unter ihnen geschwebet und noch nicht voreiniget laut unsers vorlassenen abschiets zu vorrichten hinderstellig, welche alle ire ko. mt. in E. F. D. hohen und beswerten alter hochlest ahngelegen sein. Derhalben uns denn abermals gnedigsten bovelich gethan und auch ohne beisein unser als der koniglichen commissarien nicht konen, noch mogen beigelegt werden. Uns derhalben vorsehen, das E. F. D. auch die ansetzunge jdes landtages dahin gerichtet und beqwemet, damit derselbige eine raumere zeit zuvorn dan jtzt, geschehen, uns ahngekundigt und zu wissen gethan, auf welchen wir uns auch ohne befurchtigunge dergleichen leibs gefhar vorfugen und aldo erscheinen konten, wiwwol wir aber fur unsere personen solcher muhe wolten vil lieber enthaben sein. Weil es aber irer viel hochgedachten ko. mt. gnedigster wille und bevelich, so erkenne wir uns auch nach erheischung unserer geburlichen pflicht schuldigk in aller underthenigkeit denselbigen zu volnziehen. Und nachdem diese jtztige angesetzte zusammenkunft uns fast spete kundtgethan, zudem es auch der jtzt geferlichen zeiten halben E. F. D. schreiben nach unsicher und bedenklichen sich in solche gefhar zu begeben und zu vorrichtunge dar aufgelegten gescheften fast eine lange zeit vonnoten, als haben wir nicht kennen underlassen, solchs E. F. D. zu vormelden. Thun derhalben von E. F. D. im nhamen und von wegen der ko. mt., unserm gnedigsten konigk und herren, hiemit sinnen und begeren und fur unsere personen freundt und dinstlich bittende, die wolle den bovelich und die vorschaffunge thun, damit was die vorigen laut der recess vorlassenen handelunge belangendt bis auf eine bekweme, sicher und fugliche zeit prorogiret und angesetzt werde. Das aber E. F. D. aus hochdringender noth und wie E. F. D. vormelden, uns nicht unbewust vor nottigg geachtet eine zusammenkunft zu halten, das lassen wir in seinen wirden beruhen. Machen uns auch <sup>a)</sup> keinen zweivel E. F. D. die sachen dohin richten, damit irer mt. hoheit und reputation erhalten werde.<sup>b)</sup> Solchs wirt auch die k. mt. von E. F. D. als derselben geliebten herrn ohmen in allen gnaden ahn und aufnemen. Und wir seint E. F. D. mit aller geflissenien wilferigkeit zu dienen bereit willigk und seint hierauf eines antworts gewertigk, darnach wir ire k. mt. zu berichten und uns

auch zu vorhalten werden wissen... Datum Marienburgk den 21 Ianuarii  
anno etc. 1568.

E. F. D. dienstwillige

c) Ioannes a Sluszewo Palatinus  
Brzestensis subscripsit  
Ioannes Costka Castellanus  
Gedanensis subscripsit.<sup>d)</sup>

a)-b) haec verba in margine linea signata  
sunt.

c)-d) manibus propriis.

N. 2047.

Kojdanów, 24.I.1568.

*Nicolaus Radziwiłł, palatinus Vilnensis « Rufus »,  
Alberto in Prussia duci  
expetit facultatem navis a civibus Regiomontanis conducendae.*

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Cum de propensa Illustrissimae Celsitudinis Vestrae voluntate erga  
me semper fuerim bene persuasus, nunc quoque singulari favore et be-  
nevolentia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae fretus, mitto hunc servi-  
torem meum Regiomontem versus, Nobilem Ioannem Narbut, cui istud  
commisi negoti, ut nomine meo navem unam a civibus Regiomontanis  
conducere possit, qua, cum primum navigandi tempus erit aptum et idoneum,  
in Portugaliam navigare et merces quasdam meas devehere queat.  
Peto autem maiorem in modum Illustrissimam Celsitudinem Vestram, ut  
permissu et autoritate Illustrissimae Celsitudinis Vestrae intercedente,  
tanto facilius hoc negotium obire et conducendae huius navis facultatem  
habere possit. Ego vero omni animi gratitudine tam promptam Illustris-  
simae Celsitudinis Vestrae in me voluntatem prosequi semper studebo...  
Datum Koidanoviae, XXIIII die mensis Ianuarii, anno a Christo nato  
MDLXVIII.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae fidelis et sincerus amicus  
Nicolaus Radivil Dux in Dubinki ac Bierże,  
Palatinus Vilnensis, Magni Ducatus Lituaniae Cancelarius,  
Mozirensis, Lidensis Borisoviensisque Capitaneus,  
a) manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 2048.

Kojdanów, 24.I.1568.

*Nicolaus Radziwiłł, palatinus Vilnensis « Rufus »,  
Ioanni Jacobo Truchsess, Christophoro et Ioanni a Kreitzen, consiliariis  
ducis,  
Ioannem Narbut, servitorem suum, Regium Montem mittit, ut ibi navem  
onerariam « mercium quarundam mearum in Portugaliam deportan-  
darum gratia » conducat, eumque commendat.*

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Cnissini, 22.II.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Rogosnensis etc.,*

*Alberto in Prussia duci*

*pro praediolo in Lithuania et pro domo Vilnae sita, duci a defuncto Gabriele Tarlo legatis, sibi commodis conditionibus traditis, gratias agit; refert de studio suo in recuperandis bonis consanguinei sui, domini a Dohna, et de negotio Achatii Czema.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

**Durchlauchtigster etc.**

Nachdem ich, gnedigster furst und herr, aus E. F. D. schreiben, welchs datum ist gewesen der letzte tagk des monats Ianuarii, vorstanden, mit was gnaden und sonderlicher gunst E. F. D. meiner person gewogen und zugethan sein, in dem das E. F. D. mir eine endtliche vortrostungk und vorgewisserungk auf mein und etzlicher E. F. D. redte und hoffdiener meiner gunstigen herrn ohmen, schwager und forderer begeren und bieten wegen des verstorbenen in Gott seligen hern Tarlo in Lithauen E. F. D. vertestamentires guttlein sampt dem hausse in der Wilde gelegen haben lassen zuschreiben, das als nemlich derselbigen gebrauch mir vor allen andern in einem billichen contract auf rechtmessige conditiones sollen vergonnet und gestadtet werden, habe ich nicht wollen nach konnen unterwegen lassen E. F. D. vor solche unverdiente gegen E. F. D. gnaden und reichen furstlicher wilfherigkeit mit diessel geringen brieflein aus billicher pflicht und demut E. F. D. grossen danck zu sagen, wie ich denn hiemit E. F. D. ganz geneigten willen erkenne, umb desselben in unterthenigkeit dancksage und mich nicht allein hinwiederumb desjenigen, was ich mich in meinen vorigen briefen gegen E. F. D. erbitten, sondern allerley dienst und pflicht gegen E. F. D. derselbigen herzliebsten gemhal, jungen herzok hoffdiener und unterthanen reichlichen obligieret und versprochen haben wil, ungezweifleter zuversicht E. F. D. werden in kurzen, nachdem sie allen bescheidt und grundt der gelegenheit und einkunften berurtes guttleins aus den inventarien so E. F. D. rath und diener der herr Christophorus Alconius zuschicken wird, sich ferner gegen mir wegen des contracts der mittung ercleren und mich meiner hoffnungk E. F. D. schreiben nach ergenzen und wirklichen erfreuen. Es wollen auch E. F. D. zweiffelsohn sein, sobalde mich E. F. D. ihren gnedigen willen wird wissen lassen, das ich mich hinwiederumb kurzlich gegen E. F. D. ercleren will, damit E. F. D. in dem mittegelde und sonstem in allem an mir ein gnediges gefallen tragen werden.

Was der herr von Dhonen meiner lieben hern ohmen sache anlanget, erkenne ich mich wegen der bluttsverwandtnus in mehrenden zu dienen schuldigk. Sintemal aber E. F. D. an mich zum überflus auch gesunken und begeret, das ich mir ihre sachen wolt lassen angelegen sein, kan ich E. F. D. nicht pergen, das ich warlichen keinen vleis gesparet und die sachen so weit gebracht, damit sie ein stuck landes wieder bekommen (wie dem sein gnade der herr Abraham von Dhon E. F. D. selbst berichten wird) bis auf des hern Kotkowitz<sup>1)</sup> personalien an ihrer ko. mt. hoff ankunft, da ichs denn hinfurder in<sup>a)</sup> allem was an mir sein wird, damit sie ferner ihres schadens und der ganzen entwendeten guter ergentzet werden mogen nicht wil erwinden lassen.

Wie es aber mit dem hern von Czemen zustehet, hat E. F. D. rath und diener der herr Wentzel Schack alle mit angehoret und gesehen, wird E. F. D. weitleufftigern grundt und bericht sondern zweiffel zugeschrieben haben. Bin aber gutter hoffnungk, das ihre sachen einen besseren ausgangk, denn sie sich nach lassen ansehen, gewinnen werden. Wolte Gott, das es in meiner macht were, es solten die hern von Czemen desgleichen auch meine liebe hern ohmen der von Dhonen grosses reysens und muhe nicht bedorffen. Unterdes aber weil ich wie bis an hero gescheen, mich dahin bequemen und bemuhen, das E. F. D. in der that befunden sollen, das ich E. F. D. begeren mit unterthenigem gehorsam in acht gehalten habe... Datum zu Knischin den 22. Februarii anno Domini 1568.

E. F. D.

b) williger diner

Hans Dulski, aigen handt subscrispit.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

1) Chodkiewicz (?)

N. 2050.

Cnissini, 22.II.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,*

*Ioanni Iacobo Truchsess, libero baroni in Waldburg, consiliario ducis,  
pro intercessione apud ducem in negotio adipiscendi praedioli in Lithuania  
siti, a defuncto Gabriele Tarlo duci testamento legati, gratias agit;  
causam domini a Dohna se apud regem promoturum esse promittit.  
(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2051.

Cnissini, 3.III.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,*

*Ioanni Iacobo Truchsess, libero baroni in Waldburg, consiliario ducis,  
intercessionem apud ducem expetit in negotio assequendorum bonorum in  
Prussia, duci per demortuum Gabrielem Tarlo testamento legatorum.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2052.

Georgenburgi, 22.III.1568.

*Christophorus Konarski*

*consiliariis ducis in Prussia*

*de pecunia ad redimenda bona Georgenburgensia (Iurborgensia) compa-  
randa.*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2053.

Georgenburgi, 23.III.1568.

*Christophorus Konarski, secretarius et commissarius regius,  
Alberto<sup>a)</sup> in Prussia duci  
de negotio pecuniae ad redimenda bona Iurborgensia.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

<sup>a)</sup> *Scriptor litterarum evidenter nescit ducem  
Albertum die 20 Martii demortuum esse.*

N. 2054.

Cnissini, 4.IV.1568.

*Petrus Myszkowski, episcopus Plocensis et R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
simultanea fere morte ducis et ducissae in Prussia se commotum esse  
nuntiat; commodorum principis iunioris se studiosum fore pollicetur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Magnifici et Generosi Domini, Amici Charissimi et Honorandi etc.

Etsi mihi dolori non esse non potuere duea mortes Illustrissimorum Principum, Ducis et Ducissae Prussiae, de quibus ad me Magnificae Dominationes Vestrae perscripserunt, tamen mihi quidem non tam dolore aut lachrimis, quam singulari admiratione prosequendus videtur hic obitus illorum, qui parem prope et aequalem vitae et amoris sui coniugalis terminum habuerunt, ita plane, ut neque divinus ille senex, et qui ab aliquot iam annis animam agere videbatur, in coelo sine uxore amantissima esse, neque vicissim foemina illa sanctissima sine marito desideratissimo in terris diutius morari voluisse viderentur. Sed haec quidem divinae sunt potius providentiae, quod etiam prudenter admodum Magnificae Dominationes Vestrae iudicant, opera, quam voluntatis illorum, quorum nos tamen memoriam gratis animis prosequi et celebrare debemus.

Ego, quod Magnificae Dominationes Vestrae ex me postulant, libenter admodum fecero, ut negotia omnia Illustris Principis iunioris, quae mihi tanto studio commandant, ad eandem illam rationem curae habeam in aula Sacrae Regiae Maiestatis, qua negotia Principum ipsorum demortuorum habere solebam. Vestrae modo Magnificae Dominationes aetatem hanc Illustrissimae Celsitudinis Suae eiusmodi praecepsis informent atque instituant, quibus animus Illustrissimae Celsitudinis Suae, vestigis Illustrissimi parentis sui insistens, totus in amorem Sacrae Regiae Maiestatis Regni que Maiestatis illius feratur et ab iis solis praesidia utriusque fortunae suae expectet. Me, sicut dixi, habebit Illustrissima Celsitudo Sua dignitatis et commodorum omnium suorum studiosum... Datum Cnissini, die quarta Aprilis, MDLXVIII.

<sup>a)</sup> Magnificarum Dominationum Vestrarum  
amicissimus

Petrus Miskovski, Episcopus Plocensis  
et Regni Poloniae Vicecancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*N. 2055.*

*Cnissini, 5.IV.1568.*

*Andreas Patricius Nidecki, secretarius regius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
litteras eorum nomine a Venceslao Schack scriptas se accepisse et e  
vestigio respondisse nuntiat; de morte ducis Alberti dolet.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2056.*

*Cnissini, 7.IV.1568.*

*Stanislaus Miłoszewski, venator Belzensis,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
de morte Alberti ducis condolet, cuius in se collata beneficia laudat, ducis  
iunioris gratiam sibi comparaturus.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2057.*

*Cnissini, 7.IV.1568.*

*Stanislaus Miłoszewski, venator Belzensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de obitu Alberti ducis dolet, beneficia eius laudat; servitia sua duci  
iuniori defert.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*N. 2058.*

*Wola Krzysztoporska, 26.IV.1568.*

*Ioannes Krzysztoporski, castellanus Wielunensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
simultaneam mortem parentum ducis deplorat et admiratur; servitia sua  
offert.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Denunciatum est mihi, Illustrissime Princeps, per litteras a Consilia-  
riis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, huc ad me missas, de tristissimo  
casu et morte Illustrissimorum Principum, omni laude merito extollen-  
dorum et perpetua memoria dignorum, parentum videlicet et progenito-*

rum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Qui quidem Illustrissimi Principes cum uno eodemque die ex hac mortali vita ad illam aeternam vitam coelestem a Deo Optimo Maximo evocati sint, res certe admiratione est digna. Licet autem res ista longe omnium tristissima atque acerbissima Illustrissimae Celsitudini Vestrae actidit, atque adeo statibus et incolis omnibus ditionis et provinciae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, nec minus etiam mihi ipsi, qui Illustrissimis Principibus, Illustrissimae Celsitudinis Vestrae parentibus demortuis, fui profecto ex animo addictus et benevolus, verumtamen tristitiae huic moderatio est adhibenda et Domino Deo, in cuius quidem potestate omnia constituta sunt, gratiae agendae, quod in vera agnitione Domini nostri Iesu Christi ex vita hac mortali ad coelestem illam aeternam emigrarint. Quandoquidem ista fuit eius Maiestatis Divinae voluntas et factum est, sicut Domino placuit. Sit nomen Maiestatis illius Divinae benedictum in saecula. Amen.

Porro quod ad me attinet, Illustrissima Celsitudo Vestra hoc de me sibi persuadeat atque statuat rogo, quod de benevolo atque integerrimo servitore Illustrissimae Celsitudinis Vestrae convenit. Et quibuscumque in rebus Illustrissimae Celsitudini Vestrae atque adeo omnibus statibus et incolis illius regionis, Illustrissimae Celsitudinis Vestrae subiectis atque subditis, gratificari et inservire potuero, libentissime et summa cum promptitudine egregiaque animi mei propensione et amore facturum me esse recipio atque promitto... Datum ex aedibus meis Wolya Christoporska, die 26 mensis Aprilis, anno Domini 1568.

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
addictus servitor

Ioannes Christoporsky a Christoporzyce,  
Castellanus Wielunensis,

<sup>a)</sup> manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2059.

Wola Krzysztoporska, 26.IV.1568.

Ioannes Krzysztoporski, castellanus Wielunensis,  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
simultaneam mortem ducis et ducissae in Prussia deplorat et admiratur;  
servitia sua et officia principi iuniori et ipsis offert.  
(Schedula adiuncta: de legatione Petri Zborowski in Turciam)

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Magnifici ac Generosi Domini et Amici plurimum Observandi etc.  
Redditae sunt mihi litterae per tabellarium ducalem Regiomontanum,  
Thomam Worch, a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris die 24  
Aprilis, de data Regiomonti die 26 Marcii, quibus Magnifica et Generosae  
Dominationes Vestrae certiorem me redditunt de tristissimo casu et morte  
Illustrissimi Principis, omnibus laudibus merito extollendi et perpetua  
memoria digni, Domini Alberti Senioris Marchionis Brandenburgensis et  
in Prussia Ducis, et Illustrissimae Dominae Illustritatis illius coniugis,  
Dominae Annae Mariae ex familia Ducum Brunsvicensium et Lunebur-

gensium natae. Qui quidem Illustrissimi coniuges, cum uno eodemque die ex hac mortali vita ad illam aeternam vitam coelestem a Deo Optimo Maximo evocati sint, res certe admiratione est digna. Licet autem res ista longe omnium tristissima atque acerbissima accidit Illustrissimo Principi Iuniori et Magnificis ac Generosis Dominationibus Vestris, adeoque illarum terrarum statibus et incolis omnibus, nec minus etiam mihi ipsi, qui Illustrissimis Principibus demortuis fui prefecto ex animo adductus et benevolus, verumtamen tristiae huic moderatio est adhibenda et Domino Deo, in cuius quidem omnia constituta sunt potestate, gratiae agendae, quod in vera agnitione Domini nostri Iesu Christi ex vita hac mortali ad coelestem illam aeternam emigrarint, quandoquidem ista fuit eius Maiestatis Divinae voluntas et factum est, sicut Domino placuit. Sit nomen Maiestatis illius Divinae benedictum in saecula. Amen.

Porro quod ad me attinet, Magnificae ac Generosae Dominationes Vestræ Illustrissimo Principi, Domino meo colendissimo, et sibi ipsis atque adeo omnibus illius regionis statibus et incolis hoc de me persuadeant atque statuant rogo, quod de benevolo atque integerrimo homine et servitore et amico sentire convenient, et quibuscumque in rebus illius Illustrissimæ Celsitudini ac Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris atque adeo omnibus statibus et incolis illius regionis gratificari et inservire potuero, libentissime et summa cum promptitudine egregiaque animi mei propensione et amore facturum me esse recipio atque promitto. Simulque a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris peramice atque officiosis praecibus opto atque contendo, ut me quoque et officia mea Illustrissimo Principi Iuniori in gratiam Suae Illustris Celsitudinis diligenter commendent et ipsae etiam Magnificae et Generosae Dominationes Vestræ me apud se commendatam<sup>z)</sup> habeant atque solito amore et benevolentia prosequi non desinant. Quibus me diligenter iterum atque iterum commendo, utque diu salvae et incolumes sint et ut illarum Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris, una cum Illustrissimo Principe Iuniore atque adeo cum omnibus illius provinciae statibus et incolis, bene foeliciterque succedat, ex animo praecor. Datum ex aedibus meis Wolya Christoporska, die 26 mensis Aprilis, anno Domini 1568.

Vestrarum Magnificarum et Generosarum Dominationum  
bonus et integer amicus  
Ioannes Christoporsky a Christoporzyce,  
Castellanus Vielunensis,  
a) manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

#### *Schedula adjuncta:*

Litteras ad Magnificum Dominum Petrum a Zborow, olim Biecensem, nunc vero Voinicensem Castellanum, a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris ad me missas, curabo, ut ad Suam Magnificam et Generosam Dominationem, quam primum istud fieri poterit, transmittantur. Sciant enim Magnificae et Generosae Dominationes Vestræ, quod Sua Magnifica et Generosa Dominatione in Regno Poloniae nunc non est. Igitur enim in legatione a Sacra et Serenissima Regia Maiestate, Domino nostro clementissimo, in Turciam ad Imperatorem Turcarum,<sup>1)</sup> et exivit ex Polonia adhuc in mense Februario, cum quo ego etiam misi filium meum Petrum, qui mecum Regiomonti fuit, visendorum illorum populorum et regionum gratia. Et, nisi fallor, iverunt etiam cum Sua Magnifica et Ge-

nerosa Dominatione aliquot Generosi et Nobiles viri ex Ducatu Prussiae in illas ditiones et regiones Turcicas etc.

Peto etiam diligenter ac peramanter a Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris, ut litteras istas \*) adiunctas Illustrissimo Principi Iuniori, Domino meo colendissimo, cum diligenti commendatione mei meorumque officiorum dignentur offerre et in manus Illustritatis Suae tradere. Tum etiam et Generoso Domino Ioanni Demetrio Solikowsky, Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, Secretario, ubicunque sit, istas ad eum litteras transmittant, rogo.\* Quod ego Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris omni officiorum generere referre studebo etc.

\*) desunt

1) *Selimus II.*

N. 2060.

Lautenberg, 26.IV.1568.

*Michael Działyński, succamerarius Culmensis,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*ita duci servire cupit, sicut patri eius servivit, in cuius aula educatus erat; ad nuptias filiae suae natu maioris ducem invitat; ferinas sibi mitti petit.*

*(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2061.

Brańsk, 12.V.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*equum valachum dono mittit.*

*(Polonice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2062.

Grodnae, 6.VI.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*de negotio bonorum ad Vilnam sitorum et domus Vilnae exsistentis, sibi a defuncto duce Alberto in arendam datorum, quae nunc a novo duce vendi dicuntur.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.398.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Quemadmodum mihi Celsitudo Vestra iniunxit, ut, cum res tempusque per commodam occasionem offertur, coram Serenissima Maiestate Re-*

gia, Domino nostro clementissimo, honestam Celsitudinis Vestrae mentionem faciam, id, qui et ultro fecisset merito, iussus eo magis faciam libenter, ad omnis generis obsequia in gratiam Celsitudinis Vestrae praestanda cupidissimus.

Praeterea auditu iucundissimum mihi fuit nuncium, equum, quem superioribus diebus Celsitudini Vestrae misi, clementer benignoque a me animo Celsitudinem Vestram suscepisse, idque precor, ut Celsitudini Vestrae placeat.

Ad haec, quemadmodum mihi Illustrissimus olim Dominus Albertus, Dei gratia Borussiae Dux etc., parens Celsitudinis Vestrae desideratissimus, bona ad Vilnam in Lituania, tum et domum Vilnae concesserat, id omni dubio procul Celsitudo Vestra ex suis Ducatus Consiliariis intellexit, quam post concessionem Celsitudo Vestra approbavit, ac qua fretus ego, iam in eadem possessionem recepi. Nunc vero exposuit mihi Dominus Schakius, Celsitudinis Vestrae Consiliarius, admisisse iterum, ut Dux Constantinus<sup>1)</sup> ea bona domumque redimat, etsi redimendorum tempus pro festo usque Purificationis Beatae Virginis praeferuntur videatur. Fieret itaque ea redimendorum potestas non levi sane Celsitudinis Vestrae incommodo ac meo quoque, cum et propter faciendas segetes, et in augendam rem domesticam, multa iam exposuerim. Multum item difficultatis sufferre coactus sum propter Palatinum, qui ea bona sibi voluit subici, cum audiret sanctae piaeque memoriae de obitu desideratissimi parentis Celsitudinis Vestrae. Eum non sine labore gravissimo tandem demulcire potui. Quae omnia copiosius Domino Sakio exposui ac quae ille uberior Celsitudini Vestrae referet. Rogo itaque Celsitudinem Vestram, id cum Dominis Consiliariis suis deliberet ac me edoceri faciat, quod sequendum mihi sit, certo ut sciām. Sic et Cristopherum Aldgontum informari mandet, qui adhuc in illis bonis est, ut sciāt tandem, quomodo sese in eo quoque negotio gerere debeat. Ac quemadmodum id mihi Celsitudo Vestra clementer concedere constituerit, id ego omni obsequiorum genere de Celsitudine Vestra studiosissime promererī conabor. Datum Grodnae, die VI Iunii, anno Domini 1568.

Celsitudinis Vestrae cupidissimus servitor  
Ioannes Dulski.

1)Ostrogski.

N. 2063.

Służewo, 19.VI.1568.

Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
tardius ad conventum venturum se esse nuntiat seque ob eam moram  
infirma valetudine excusat.  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

N. 2064.

Marienburgi, 22.VI.1568.

*Ioannes Kostka et Ioannes Demetrius Solikowski, commissarii regii,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
de proximo adventu palatini Brzestensis [Ioannis Stużewski] et de com-  
muni omnium commissariorum ad conventum profectione.*

2 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

Unsern freundtlichen grus midt wunschungk alles gutten zubevohr etc.  
E. H. und G. schreiben nebenst dem beiligenden brieflein an uns lau-  
tende haben wir endtpfangen, seindt auch vor die übersendung freundt-  
lichen danckbar, solches hinwidderumb der gelegenheit nach in aller  
freundtlichen gudtwilligkeit zu erstatten auch geneigt.

Weil auch E. H. und G. gerne wolten, wan wir ungeferlich dahin zu  
kommen bedacht, von uns berichtet sein, als wollen wir hiemit E. H. und  
G. nicht bergen, das der her Brzestische woiwode, s. g., den zukunftigen  
donnerstagk alher anzukommen endtschlossen, da wir den midt dem aller-  
forderlichsten uns vormittelst godtlicher hülf vonhinnen begeben wollen.  
Wir vorstehen uns auch genzlichen, nachdem der befelich dem vor wollge-  
melten herren woiwoden, s. g., spett angekündiget und die weite des ortes  
allerley aufzugk vorursachet, E. H. und G. die werden den kleinen vorzugk  
als das ihr i. f. d. etc., unserem gnedigen herren, also auch der ganzen  
landschaft und jtzt schwebenden hendlen zum besten geschicht, vor-  
mercken und aufnhemen. Welches wir E. H. und G., die wir hiemit godt-  
lichem schutz und schirm entpfehlen, uff begerte andtword nicht haben  
vorhalten wollen. Datum uff Marienburgk den 22ten Iunii des LXVIII  
jahres.

E. H. und G.

gudtwillige freunde

<sup>a)</sup> Hans Costka

Danczker Castellan subscrispsit  
Ioannes Demetrius Solikowski  
Serenissime Regie Maiestatis secretarius  
subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2065.

Radomiae, 28.VII.1568.

*Nicolaus Firlej a Dąbrowica  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litterarum exhibitem, Georgium Mekuss, commendat.  
(Germanice)*

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Marienburgi, 11.VIII.1568.

*Ioannes Słuzewski, Ioannes Kostka, Ioannes Demetrius Solikowski, commissarii regii,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
de iuramento a capitaneis arcium praestando.*

3 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

Unsern freundlichen grus etc.

Es wissen sich E. H. und G. welcher gestaldt die form des eydes neben desselbigen inhalts, vornemblichen die clausula des testamendts belangende, von uns vorgestelt guttermassen zu bescheiden, nemblichen, das alle dasselbige zu keyner anderen meynunge, denn so ferne solches den aufgerichteten vortregen gemess, gerichten, von uns auch vormoge der gethanen erklerunge gedeutet, bewilligt und im nahmen als befelich irer k. mt. etc., unsers allergnedigsten konigs und herren, dergestalt bestetige. Wie denn auch die confirmation etc. von uns yn allem vorbehalten, letzlichen in unserem abschiede vor alle ungleiche deutunge uns disfals protestando feyerlichen vorwahret, nachmals auch solchen und dergleichen eidt, uff E. H. und G. ansuchen und begehrn, dergestalt von allen heuptleuten zu fordern, E. H. und G. auferleget und befohlen. Hetten es auch woll dabey wenden und ruhen lassen, weil aber des herren cantzlers angesetzte deutunge dunckel und zweifelhaftigk und die worter unsers bedunkens yn eyne andere deutunge (als hetten wir uns in diessem allem nichts vorbehalten, sondern solches ohne alle condition ratificiren und bekreftigen, oder dergleichen) irer ko. mt. etc. gnedigsten confirmation und unserer vorigem zum Heiligenbeil eroeffneten, wie auch der jtzt obberurten gemuts meinunge zum hochsten zuendtgegen villeicht mochten angezogen und vorstanden werden, als hat uns auch wegen unserer personen nicht gebuhren wollen, solches midt stillschweigen vorbeyzugehen, sonderlichen weil wir solcher eidesforderunge halben die heuptleute belangende, keynen ausdrucklichen befelich und solches wie obgemeldt, allein uff E. H. und G. anregen bewilligt und ferner eyner erbaren landschaft angetragen, ist demnach ahn E. H. und G. im nahmen irer ko. mt. etc. und vormoge unserer habenden koniglichen volmacht unser vormahnens und bepfelich, dieforderung des eides von den heuptleuten bis uff erklerunge und bepfelich irer ko. mt. etc. auf diesmahl einzustellen und eyne zeidtlangk zu vorziehen, uns auch bey zeiger diesses eynen grundtlichen und klerlichen bescheidt undt den forderlichsten zu vormelden. Und wollen es E. H. und G. nicht dahin achten, als wurde hiemit ihr kein punct des testamendts yn eynen offendlichen zweifel von uns gezogen, als wehre derselbige den aufgerichteten vortregen zuendtgegen, sondern das es vielmehr umb unsere personen, damit von uns nicht zu weidt geschrieten und der inhaldt irer ko. mt. etc. confirmation, welche sich auch obberurter massen allein erstrecken thut, in geburender acht gehabt, mercklichen zu thunde ist etc. Und werden sich E. H. und G. ohne allen zweifel hierinne der gebuhr wissen zu vorhalten, seindt solches

auch yn allem gutten zu gedencken erbottigk... Datum uff Marienburgk  
den 11ten tagk Augosti des acht und sechzigsten jahres etc.

E. H. und Gunsten

gudtwillige freunde

a) Joannes a Sluzsewo

Palatinus Brzestensis subscrispit

Joannes Costka C[astellanus]

Gedanensis subscrispit

Joannes Demetrius Solikowski

Serenissime Regie Maiestatis Secretarius subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) manibus propriis.

N. 2067.

Marienburgi, 16.VIII.1568.

*Ioannes Kostka et Ioannes Demetrius Solikowski, commissarii regii,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
residuam pecuniae summam Reinholdo Krockaw restituendam petunt, ut  
ipse difficilioribus temporibus subsidia pecuniaria suppeditare possit.  
(Germanice)*

2 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

N. 2068.

Cnissini, 16.VIII.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro bonis sibi dono datis gratias agit.  
(Germanice)*

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

N. 2069.

Marienburgi, 16.VIII.1568.

*Ioannes Kostka et Ioannes Demetrius Solikowski, commissarii regii,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
accuracyores noticias se exspectare nuntiant, ut eas palatino Brzestensi  
[Ioanni Stuzewski] transmittere possint; negotium Erhardi Wilde  
commendant.*

2 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

Unsern freundlichen grus etc.

Aus E. H. und G. ahn uns gelangtes beantwortliches schreiben des  
datum Koningsbergk haben wir vorstanden und eingenommen die ursa-  
chen, worumb E. H. und G. sich uff unser voriges schreiben <sup>a)</sup> nicht grun-  
tlichen jtzierer zeit erkleren konnen, danebenst sich erbotten, sobalt die  
herrn zusammenkommen, uns mit dem forderlichsten bei eigner botschaft  
zu beantworten. Lassen es bei diesser entschuldigung uff diesmal wenden,

nicht zweiffelnde E. H. und G. werden derselben zusage nach, gutwilligen und geburlichen nachsetzen und uns eine deutliche, gruntliche meinunge, welche wir alhie noch anwesendt teglich gewertigk und auch sobalte wir sie bekommen, dem herrn brestischen woywoden s. g. zu zuschicken gesonnen, uns zu vormelden.

Ferner wissen sich E. H. und G. zu entsinnen, was vormals vielveltig wegen des erbarn Lenhart Wilden schwebenden sachen, beide durch konigliche wolerhaltene rechtmessige schreiben und auch durch mich, Johannem Demetrium Solikowski, in sonderheit in meinem gewerbe im nahmen ihrer k. mt. befolen und durch mich ahngetragen, auch in darnach ervolgten koniglichen schreiben, wie auch, was kurtz vorruckter zeit zum Heiligenbeil in unserm abschiede von uns ihn ahmmerckung seiner billichen sachen, wie solches auch E. H. und G., welche zur zeit über der sachen gesessen, zum theil bekennet und zugestanden, begeret, gesucht und gesonnen worden, achten solches alles zu erwiedern nicht nottigk zu sein, kurtzlichen allein berurende und zu gemut furende, die negst vorlassene erklerunge und gegebenen abschiet, das weil den vorgenommenen rechtslauf andere wiederwertige schreiben stutzigk gemacht, were bedencklich ohne besondern koniglichen bovelich den processum iuris zu gestatten mit der ahngehaften vormeldung, sobalte gemelter Lenhart Wilde ihrer k. mt. schreiben erlangte, was recht, ergehen zu lassen.

Wiewol wir nicht zweifeln, es werden E. H. und G. sich nicht anderst dann der billigkeit nach erzeigen und allen zukonftigen unbillichen schaden, sonderlichen damit der arrest nicht relaxiret so vite muglichen, weil er albereit durch diesse sache in grosse unüberwindliche schaden gesetzet, sonstens sich auch seines schadens nicht zu erholen wuste, vorhutten. Weil aber das gegenpart uff unbeqweme ahnhaltung und bosen bericht andere schreiben unter des auch wol ohne vorwissen ihrer k. mt. erhalten mochte, als haben wir uff sein billichs und rechtmessiges anhalten nicht unterlassen wollen, E. F. und G. hiemit zu ersuchen, <sup>b)</sup> hiemit vormanende und <sup>c)</sup> emysigk sinnende die vorschaffung zu thuen, damit der arrest keinesweges relaxiret und do etwan urgentein wiederwertiges schreiben uff besen bericht von dem gegenpart ausbracht, das dennoch die sache vermoige E. H. und G. gegebenen abschiet biss uff fernere ihrer k. mt. erklerung uffgeschoben und eingestellet werde. Sonsten wollen sich auch E. H. und G. seines sohnes halben die zugesagte befurderung belangende, welche abermals von E. H. und G. vorwilliget und zugesagt erinnern und zu keiner fernern aufzogerung kommen oder geraten lassen. Solches ist der billigkeit zum hochsten gemes und wir seint dergleichen befurderung einem jedern zu erzeigen geneigt. Seint auch hierauf ein zuvorlessiges antwort bei zeigern diesses gewertigk. Welchs wir der billigkeit nach E. H. und G. (welche wir hiemit gotlichem schutz und schirm empfelen) sich darnach zu richten nicht haben bergen wollen. Datum Marienburgk den 16 Augusti anno etc. 68.

E. H. und G.  
gutwillige  
freunde

<sup>d)</sup> Hans Costka  
Danzker Castellanus  
Hans Demetrius von Solki  
ko. mt. Secretarius  
eigen handt subscrispit.<sup>e)</sup>

a) *sequitur expunctum*: sich  
b)-c) *in margine*.

d)-e) *manibus propriis*.

N. 2070.

Gedani, 8.IX.1568.

*Commissarii regii [Ioannes Kostka, Ioannes Demetrius Solikowski]  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
aliqua instrumenta, ad instructionem navium bellicarum in insula Osilia  
necessaria, sibi mutuo dari petunt.*

3 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

Gestrenge, edle, ehrenvreste, gunstige herren und gute freunde.

Nach entpietung unsers freundlichen grusses mit wunschung alles gutten geben wir Ewrn G. und H. zu vernemen, das kö. mt. zu Polen, unser allergnedigster herr, uns auferlegt und behahlen, mit den kriegsschiffen, so ihrer mt. dienen, auf Ösel etc entsetzung zu thuen, auch etliche haken schutzen in dieselben schiffe einzuteilen. Nachdem uns dann zu notturftiger vortsetzung solches königlichen behelichs zweytausent haken mangelen, als gelanget an E. G. und H. unser freundliche bitt, sie wolten in erachtung, das solche expedition nicht weniger dem hertzogthums Preussen, als dem negstbenachparten, also ihrer mt. landen, zu heil und wolfart furgenommen, demnach ihrer mt. so viel wilfahren und dienen und gemelte anzal hakengeschutz uns furzustrecken unbeschwert sein. Denn wir E. G. und H. angeloben, auf negst künftig Trium Regum widerumb soviel haken und so gutt an die stelle zu gewehren. Daneben auch wollen wir solche nottürftige und hochdienstliche forderung bey ihrer ko. mt. der gebühr nach rühmen, die auch solchs one zweifel in allen gnaden gegen unsern gnedigen iungen herrn, sowol auch E. G. und H. wird vormercken. Und wir seind auch fur unser person mit dem, was in unserem vormuegen ist, E. G. und H. in gleichen fellen zu dienen ganz willig und gefliessen... Datum Dantzik den achten monatstag Septembris anno etc. achtundsechzigsten.

E. G. und H.  
dinstwillige

Königlicher majestet zu Polen etc.  
verordente anversandt in Preussen  
und Pomerellen Commissarien.

N. 2071.

Varsaviae, 13.X.1568.

*Petrus Zborowski, castellanus Wojnicensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de morte parentum ducem consolatur, servitia sua offert, de legatione  
sua Constantinopolim breviter refert.*

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Illustrissime Princeps etc.

Adhuc Constantinopoli in servicio Sacrae Regiae Maiestatis demonstranti relatum mihi fuerat de morte utriusque parentis Illustritatis Ve-

striae. Quod quidem tuli ita, ut debui, graviter, pro meo erga Illustritatem Vestram parentemque eiusdem clarissimae memoriae avito studio, idque eo magis, quod Illustritatem Vestram, turbatis provinciae rebus, neccum aetate ad gubernandum matura, orbam relictam viderem. Sed cum vicissim varios in humanis motus et ingravescerentem<sup>a)</sup> annis curisque aetatem Illustrissimi parentis Vestrae Celsitatis consyderarem, liberatumque, ut ipse saepe<sup>b)</sup> optare solebat, anxia et taediosa iam vita animadverterem, dolorem, quem concaeperam, nonnihil remisi, maxime quod solatio mihi esset adolescentia cum multis laudata, tum mihi bene perspecta Illustritatis Vestrae, iam vigorem paternum eiusque in Sacram Regiam Maiestatem et Regnum Poloniae fidissimum semper studium semper<sup>z)</sup> referens.

Deum igitur Optimum Maximum praecor, ut ille teneram hanc Illustritatis Vestrae iuuentam Spiritu suo Sancto gubernet et ad maturitatem foelicem (nobis omnibus expetendam, Illustritatis Vestrae studiosis) perducat statuatque Illustritatem Vestram in loco paterno tam prospere, ut diu foeliciterque provinciam suam gubernet, cum decore et favore Regni Poloniae tali, quallem semper Illustritatis Vestrae parens perspectum charumque habuit. Cuius si vestigiis Illustritas Vestra institerit (quod facturam minime dubito), claritate maiorum et vivida parentis fama subnixus, nil dubito aequaturam etiam temporis successu maiorum suorum gloriam.

Quod ad me attinet familiamque meam, olim adhuc Familiae Brandenburgicae alumnam, prout (quantum in me fuit, exemplum parentis mei secutus) antea servitia mea meorumque Illustrissimo patri Illustritatis Vestrae singilatim obtuli, quanto unquam studio potero, in proposito permanebo nilque mihi gratius esse poterit, quam si Illustritas Vestra, cum occasio praebebitur, opera mea ad sua servitia uti velit, semper me promptissimum (sine ulla excusatione) repertura. De cuius vicissim erga me favore nil dubito.

Interim Illustrati Vestrae significo me a Regia Maiestate missum ad Turcarum Imperatorem, Selium Secundum, eo Constantinopoli reperto, post multos longo (praeter solitum) tempore superatos labores, tandem foedus certum constituisse inter utrumque Principem, ita ut deinceps omnes Regni provincias ab illa parte tutas fore nil sit dubitandum. Deo Optimo Maximo gratias ago, quod me post varias difficultates et pericula incolumem domum reverti voluerit.

Cum his me gratiae Celsitudinis Vestrae diligenter commendo ac peto, ut sororium meum ac alterum, cum illo sibi traditum puerum, commendatos meo nomine sibi esse velit ac dignetur. Scriberem nova Turcica varia Illustrati Vestrae, nisi eo proficisceretur Dominus Wilemsdorff, familiaris in hoc itinere meus, qui oretenus facile omnia Illustrati Vestrae referet, vir virtute nobilitatis sua ac moribus et studio mihi meisque commendatissimus, quem vel eo nomine ut Illustritas Vesta gratiose et clementer suscipiat, obsecro, omni gratiaignum. Datum Warssoviae, 13 Octobris, anno 1568.

Illustrissimae Celsitatis Vestrae  
addictissimus servitor  
Petrus a Zborow, Castellanus Woinicensis.

a) in ms. inguavescentem

b) in ms. sepae

z) sic in ms.

N. 2072.

Gedani, 3.XI.1568.

Commissarii regii [Ioannes Kostka et Ioannes Demetrius Solikowski]  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
de retinenda nave famuli regii, Matthiae Rox.

(Germanice)

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

N. 2073.

Varsaviae, 6.XI.1568.

Ioannes Demetrius Solikowski, commissarius regius,  
Ioanni Iacobo Truchsess Waldburg, magistro curiae ducis in Prussia,  
a rege in Daniam missus, de proxime futura profectioне sua significat  
et auxilium expetit in reperienda pecunia ad provisionem suam ne-  
cessaria.

Sigill.

H B A, B 2, K.398.

Magnifice et Generose Domine, etc.

Pro meo erga Magnificentiam Vestram singulari studio, significandum  
putavi Magnificentiae Vestrae me a Sacra Regia Maiestate ad Serenissi-  
mum Regem Daniae<sup>1)</sup> mitti, una cum Domino Paulo Kloczewski, nepote  
ex sorore Regni Marssalci.<sup>2)</sup> Deus faciat institutum Maiestatis Regiae nobis,  
imo toti Regno, bene succedere. Quod etiam spero Magnificentiam Ve-  
stram optare.

Caeterum, cum ad hoc iter opus sit me bene provideri, habeo quen-  
dam bonum virum, meum aliquanto tempore debitorem. Is redderet mihi,  
sed etiam eum aliena debita torquent, quae tarde quodammodo ad eum  
veniunt. Inter quae est unum illud, inter rationes Crokawii computatum,  
in summa 696 talerorum. Is autem est Iohannes Boleman, praefectus  
mercimoniorum regiorum. Cum autem hoc debitum cassatum per nos  
non sit, sequitur esse solvendum. Iccirco brevibus conclusionibus utor.  
Exhibebit is servitor meus, qui has offeret, chyrographum Illustrissimi  
Domini defuncti Ducis, et accepta a Dominationibus Vestris pecunia, mihi  
illam adferet Gedanum, ubi illam praestolabor. Cyrographum autem re-  
stituet. Peto, velit Magnificentia Vestra mihi et necessitati itineris mei  
hac in parte gratificari. Ego meis officiis et obsequiis semper me gratum  
exhibeo. Sum brevis, non ut soleo, nam haec ocreatus scripsi. Me com-  
mendo favori et gratiae Magnificentiae Vestrae. Domino Christophoro  
Creiczio et Domino Cancellario<sup>3)</sup> mea studia commendando. Warssoviae, 6  
Novembris 1568.

a) Magnifica et Generosae Dominationis Vestrae  
servitor et frater addictissimus  
Ioannes Demetrius Solikowski, Sacrae  
Regiae Maiestatis Secretarius, subscriptus.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Fridericus II.

2) Iohannes Firlej.

3) Iohannes a Kreitzen.

N. 2074.

Cnissini, 26.XI.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras, a palatino Kiovensi [Constantino Ostrogski] in negotio bonorum  
Góry ad se datas, transmittit; in eadem re dominis Truchsess et  
Lehndorff se scripsisse nuntiat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

N. 2075.

Varsaviae, 3.XII.1568.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
edoceri cupit, quanta tributa pro bonis ducalibus in Lithuania sibi in  
arendam datis solvere debeat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

Durchleuchtigster etc.

Nach wunschung langkwiriger und gluckseliger regierung nebenst er-  
bietungk meiner ganz undertenige und geflissene dienste fuge ich E. F. D.,  
als meinem gnedigen herren, hiemit dinstlich zu wissen, das mich E. F. D.  
abgesanter herr Wentzel Schack angeredt und von mir zu wissen begeret,  
was ich E. F. D. ierliches zinses aus denen guttern, so ich wegen E. F. D.  
in Littawen halte, zu geben gesinnet wer. Dorauf ich dan den herren  
abgesantten keinen bescheidt geben können, aus sonderlichem bedacht,  
das ich solchs lieber E. F. D., als mainem genedigen herren, derselbigen  
genedigen gefallen anhaimen gestellet haben. Biete derhalben ganz unter-  
thenigk, E. F. D. wolle sich durch den herren Wentzel Schacken oder  
durch die ersten abgesanten, so E. F. D. an diesen hoff senden werde,  
genedigst erkleren, was mir alsdan von E. F. D. auferleget wirdt zu bez-  
ahlen; derme wil ich mich noch haben zu richten, mich darneben bevleissen,  
E. F. D., als meinem genedigen herrn, nicht minder als gottseligen weilandt  
herrn vattern dienstliche wilfertikait zu beweisen... Gegeben Warschaw den  
3 Decembbris anno 1568.

E. F. D.

dienstwilliger

a) Hans Dulski  
Heptman auf Rogenhausen,  
Bransk, Surasz etc.  
men egen handth.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

N. 2076.

Lecken, 12.XII.1568.

*Commissarii regii  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
summam pecuniae, ad persolvendum debitum contractum apud dominos  
Pomeranos necessariam, petunt.  
(Germanice)*

5 sigilla.

H B A, B 2, K.398.

N. 2077.

s.l., s.d. [1567-1568]

*Marcellus Konarski  
gubernatoribus ducatus Prussiae  
boves duci suppeditare se non potuisse nuntiat; scire cupit, num eos dux  
per alium sibi procurare decreverit.*

H B A, B 2, K.398.

Moi Laszkawi Panowie.

Isz W. M. chczeczie wiedziecz ode mnie okolo thich pieniedzi, ktore ia mam w moczi mey, ktore szą Kxiązenczia Iego M.czi, thedi ya W. M. oznaymuye, ysz Xiąze Iego M.cz do mnie pissal przesz szluzebnika mego o Szwienthim Michale, poniewasz zem X. I. M. przeszlego roku wolow nie poszlal prze thrudnosczi me, i zebich szię na tho bel przigothowal, zebich X. Iego M. na latho woli pokupil. Ia izem thu iechal dla thego oznaimiacz X. Iego M., isz woiewode woloszkiego<sup>1)</sup> wignano ziemie, thedim posthanowil z oyczem mem i zebi on w them czaszie sztaral szie, zebi X. Iego M. mogl miecz woli za iakie thanie pieniadze. Poniewasz W. M. racziczie powiedacz, ze na ynsse mieisscze chczeczie poszlacz po woli, iam iesth na wszithkiem contenth, yeszli se szię tho X. Iego M. y thudziesz W. M. nie podobalo, zebi ye moy ocziez dal szkupowacz, thedi za tho prosze, abi mi W. M. dali znacz, ze bich oyczowi szwemu wczasz oznaimil, zebi on szobie thei praczei nie zadawal, a prossze, abi mi Xiąze Iego M. kazal dacz szluzebnikowi memu na sthrawę prze the prziczinę, abich ia oycza szwego upewnil. A the pieniadze thedi ye na Wiel- kęnoch W. M. oddam.

W. M. we wszem  
S[luzebnik]

Marcellus Konarski subscrispit.

1) Petrus « cel Tinär ».

*Iacobus Ostrorog  
Alberto in Prussia duci  
pro benevolentia et muneribus gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.398.*

**Illustrissime Princeps etc.**

Quod Vestra Illustrissima Celsitudo nullis unquam meis meritis adducta, neque offitiis provocata, plurimum benignae voluntatis apud se residere patitur meique memoriam neutique deponandam<sup>z)</sup> putat, sed anniversariis beneficiis et oblectamentis me ornandum et recreandum dicit, est quod altius etiam atque etiam apud me reputem ac ingenue profitear me plura studia Vestrae Illustrissimae Celsitudini debere, quam ut ulla scriptione exprimi aut ullis gratiarum actionibus aequari queat. Tamen cum sciam deos et Principes animi gratitudinem minime aspernari, sed illam approbare et amare, polliceor me hoc, quicquid benefici ad me per Vestram Illustrissimam Celsitudinem annuis muneribus proficiatur, grata, summa et perpetua memoria esse veneraturum ac collitum.

Ac utinam se offerret occasio, qua offitia mea tam prolixae benignitati ac optimo Principe dignae liberalitati aliqua ex parte respondere possent. Profecto id in maxima parte foelicitatis numerarem. Quia vero excusacionem adfert, quod duas tantum aves mittit, facit pro sua rara et omnibus exposita humanitate, probitate et benignitate, sed ego non a numero avium, sed a propitia et benevolia mente Vestram Illustrissimam Celsitudinem aestimo ac metior. Eruntque mihi istae duae instar plurimarum et loco summi oblectamenti ac pro singulari gratiae Vestrae Illustrissimae Celsitudinis erga me monumento. Quod ut apud se Vestra Illustrissima Celsitudo habeat persuasissimum, rogo....

Vestrae Illustrissimae Celsitudinis  
Iacobus Comes a Ostrorog.

<sup>z)</sup> sic in ms.

# 1569

N. 2079.

Lublini, 16.III.1569.

*Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de annuntiato ducis ad Comitia Regni Lublinum adventu gaudet; Ioannem  
Nymtsch sibi questum esse nuntiat de non restituta sibi pecunia,  
matri ducis olim mutuo data.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2080.

Lublini, 16.III.1569.

*Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
petit restitutionem pecuniae, a Ioanne Nymtsch matri ducis olim mutuo  
datae.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*(Annexum: Exemplum litterarum ducissae Annae Mariae, matris Al-  
berti Friderici, de die 6.III.1561, quibus se obligaverat datam sibi  
mutuo pecuniam ad 24.VI.1565 persolvere)*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2081.

Lublini, 18.III.1569.

*Franciscus Krasiński, praepositus Plocensis, R.P. vicecancellarius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
litteras eorum se accepisse nuntiat et oratores ducis omni studio pro-  
secutum esse.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2082.

Lublini, 21.III.1569.

*Ioannes Stużewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
Christophorum Behler, fidelem ducis servitorem, commendat eiusque do-  
tes laudat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.399.

N. 2083.

Lublini, 28.III.1569.

*Ioannes Dulski, capitaneus Branscensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de die ducis ad regem adventus.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.399.

Durchlauchtiger etc.

Hochgeborner furst, gnediger herr. Kann E. F. G. dinstlicher mey-  
nunge nicht vorhalten, do E. F. G. gesanndten von Lublin an E. F. G.  
von irer ko. mt. den abscheidt genohmen, myr in E. F. G. namen aufer-  
leget, dass ich bey ko. mt., meinem gnedigen herrn, ahnhalten soldt von  
wegen E. F. G. ankomft an di ko. mt. Wann ich dasselbige von seiner mt.  
erfuhere, solchs unseumlich E. F. G. unvormeldet nicht lassen, was ich  
auch mit allem vleiss bey seiner mt. alss moglich ausgerichtet. Dieweil  
aber sich ko. mt.<sup>a)</sup> in der Eylaw kegen E. F. G. erkleret mit seiner ko. mt.  
schreiben, konndt ich nicht eher E. F. G. von demselbigen herkohmen zu  
wyssen thun. Sende neben ir ko. mt. schreiben, durch welchs E. F. G.  
vornehmen wirdt Ir F. G. ankomft an di ko. mt., welch zeit den ersten  
Marci<sup>z)</sup> ist. Und sofern dann E. F. G., wie ich nicht zweyfel, voran von  
wegen E. F. G. beqwemigkeit schicken wyrdt, so ich dann E. F. Genaden,  
wass darinnen kann, so ich angesprochen werde, wil ess von herzen  
gern thun...<sup>b)</sup> Dathum Lublin den 28 Martii anno 1569.<sup>c)</sup>

<sup>d)</sup> E. F. G.

willicher diner

Hans Dulski Heptman  
auf Rogenhausen  
Bransk, Surasz egen handt  
subscrispit.<sup>e)</sup>

a) *verbum sich repetitur.*

d-e) *manu propria.*

b-c) *alia manu.*

z) *sic in ms.*

*N. 2084.*

*Lublini, 29.III.1569.*

*Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
rogat, ut dux homines suos praemittat, qui adventum eius ad regem, post  
conclusa Comitia eum exspectaturum, praeparent.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*N. 2085.*

*Lublini, 15.IV.1569.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae regentibus  
de die homagii a novo duce in Prussia et confeudatario eius, Georgio  
Friderico marchione Brandenburgensi, regi Poloniae praestandi Lu-  
blini pro prima Maii assignato.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Magnifici ac Generosi Domini etc.

Cum nihil antiquius habeam, quam Illustrissimi Domini Prussiae Du-  
cis etc. commodis et dignitati inservire, laetor maiorem in modum meum  
studium ac observantiam erga Celsitudinem Suam gratam Dominationibus  
Vestrīs accidere. Quamvis vero officia a me in Celsitudinem Suam pro-  
fecta auxit Legatorum Celsitudinis Suae oratio, qui ad vos redeuntes  
prolixe, quemadmodum Dominationes Vestrae scribunt, de mea in illos  
benevolentia ac erga Illustrissimum Principem studio ac observantia nar-  
rarunt, tamen non minus in eam curam incumbam, ut, si quid antea  
praetermissum a me sit in studio ac observantia in Illustrissimum Prin-  
cipem declaranda, id in posterum, cum sese occasio obtulerit, omni animi  
promptitudine ac omni genere officiorum compensem.

Quod Dominationes Vestrae scribunt diem solennitatibus investiturae  
peragendis nedum quidem sibi notam esse, id vero est, quod vehementer  
miror. Nam et paulo post discessum Celsitudinis Suae Oratorum egi cum  
Maiestate Regia de hac ipsa re diligenter, et Maiestatis Regiae voluntate  
cognita effeci, ut sine ulla mora cubicularius Maiestatis Regiae in Prus-  
siam magnis itineribus proficisci iuberetur, qui Maiestatis Suae nomine  
Illustrissimum Dominum Prussiae Ducem homagii praestandi causa ad  
primam diem mensis Maii Lublinum accerseret. Datae etiam sunt de hac  
ipsa re literae ad Principem confeudatarium, Illustrum Dominum Geor-  
gium Fridericum Marchionem Brandenburgensem.

Quas quidem literas ad utrumque Principem datas, ut ex numero  
dierum constat (scriptae sunt enim et datae XX Martii), redditas esse  
nihil est quod dubitem. Quoniam tamen vel difficultate itinerum, vel casu  
aliquo cubicularius Maiestatis Regiae retardari potuit, committere nolui,  
quin eadem de re Dominationes Vestras certiores redderem, praesertim  
cum Maiestas Regia nihil de pristina sententia immutarit.

Quod ad aemulos Celsitudinis Suae attinet, dabo operam diligentem, ne quid malevolorum et inimicorum conatus apud Maiestatem Regiam Celsitudini Suae incommodeant. Nolo autem ignorare Dominationes Vestras, pro meo erga Illustrissimum Principem studio et observantia, Ducem Legnicensem,<sup>1)</sup> qui superioribus diebus Lublinum venit, magnis precibus a Regia Maiestate contendisse, quo Regia Maiestas pro auctoritate sua perficeret, ut is ab Illustrissimo Domino Prussiae Duce, Regiae Maiestatis feudatario, pecuniam, quam sibi deberi a parente Celsitudinis Suae piae memoriae affirmat, sine ulla mora recipiat. Sed de ea re illi a Maiestate Regia nondum responsum est. Iam vero ne quid contra commodum et dignitatem Celsitudinis Suae a Regia Maiestate in hoc ipso negocio statuatur, omni a me opera, studio diligentiaque providebitur... Datum Lublini, XV Aprilis, anno Domini MDLXIX.

a) Magnificarum Dominationum Vestrarum  
addictissimus b)

Franciscus Krassinski, Praepositus Plocensis  
et Regni Poloniae Vicecancellarius etc.,  
a) manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Henricus XI.*

N. 2086.

Lublini, 15.IV.1569.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
nuntiat iam missum esse aulicum regium, ducem de die adventus eius ad  
regem edocurum; rogat, ut dux aulicum quoque suum praemittat,  
qui cubicula in hospitio iam ad hoc destinata aliaque praeparet.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*Hochgeborner etc.*

Ich fuge E. F. G. zu wiessen, wie das mier E. F. G. schreiben uberantwordt ist worden von E. F. G. postreuther, aus welchem E. F. G. schreiben ich verstandigt worden bin, wie das E. F. G. gesanthe und getrewer Wentzel Schack wiederumb vonhinnen zu E. F. G. ankhomen seindt, welcher mier dan sehr lieb ist. Und nach der abrebt so under E. F. G. rethen und mier geschen, ich auch bey ihrer ko. mt. tegliche angehalten habe, damit E. F. G. mochte verstandigt werden, auf welche zeit und tag E. F. G. alher ankhomen solthe. Mein gnediger her, der konig, auch mit den andern herrn daruber geradtschlagt haben und eins druber worden. Darauf dan ihre ko. mt. ihren eignen kemmerling an E. F. G. gesandt hat, welcher E. F. G. den bestimmethen tag und zeit wirdt vermelden, wie ich dan auch zuvor an E. F. G. geschrieben habe. Es aber ihre ko. mt. gross wunder niembt und nith woll mit dem kemmerling zufrieden ist, das er so speth und langsam zu E. F. G. ankhomen ist, dan ehr den 28 Martii vonhinnen abgefertigt worden ist. Verhoff aber, das derselbige kemmerling under der zeit E. F. G. meines gnedigen herrn, des konigs schreiben wirdt ubereiheit haben. Thue auch hiemit dienstlich E. F. G. zu wiessen,

wie das ich mit dem herrn marschalck der herberg halben, so E. F. G.  
haben soll, geredt habe und schon eine gelegene herberg E. F. G. eingeben  
ist worden, es aber vonnothen sein wirdt, das E. F. G. einen von E. F. G.  
hoffdiener voher an hoff herschicke, der E. F. G. zu derselbigen ankonft  
alles einkauf und die gemecher anrichte, darin E. F. G. ihre gelegenheit  
haben moge... Dathum Lublin den 15 Aprilis anno 1569.

E. F. G.

williger  
diener

<sup>a)</sup> Hans Dulski etc.  
von egen handth subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2087.

*Lublini, 15.IV.1569.*

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
regentibus Ducatus Prussiae*

*iam missum esse nuntium significat, de die adventus ad regem ducem  
edoctrum; nunc quaerere se bonum coquum scribit et petit, ut dux  
aliquem ex suis mittat ad paranda cubicula in hospitio iam duci  
assignato.*

(Germanice)

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Gestrengen edle und erenveste herrn etc.

E. H. schreiben an mich ist mier ubereihet worden von Euers G. H.  
postreuther und erstlich, was anlangt den tag, wan Euer G. H. alher an  
den koniglichen hoff ankhomen soll, thue ich E. H. zu wiessen, wie das  
auf mein anhalten und erinnerung bey meinem gnedigen herrn dem konig  
und radtschlag der andern herrn, die ko. mt. ihren eigen kemmerling an  
ihre f. g. mit schreiben an dieselbige abgefertigt hat, als nemlich den  
28 Martii. Was auch die mundtkoche fur ihre f. d. anlangt, wer vonnothen  
gewesen, das mier solches ehr zu wiessen gethan wehre, dan ich etzliche  
guthe kochte gewust, itzundt aber dieselbige herrn behkommen haben. Wil  
aber es an meinem fleis nichts welen lassen, sonderen mich darin be-  
fleissen, damit ich mochte ihrer f. g. kochte zuwegen brengen und doch  
auf das wenigste einen guthen, es aber vonnothen sein wirdt, das E. H.  
auf das erste mich verstandige, was dieselbige willes were so einem  
mundtkoch zu geben, wan ich einen alhier anneme. Dan wan ein guther  
koch alhier ist, will er auch darnach gelonet sein. Letzlich, was die  
herberg anlangt, da ihre f. g. sten soll, thue ich Euch kundt, das ich mit  
dem herrn marschalck geredt habe und er mier dan auch eine herberg  
genandt, da ihre f. g. sten soll, dar dieselbige dan ihre gelegenheit haben  
wirdt, es aber vonnothen ist, das ihre f. g. zuvoraus fur derselbigen  
ankonft einen forausschicke, der alles ihrer f. g. zugutt einkaufe und  
die gemecher sauber helt. Auch so es vonnothen wehr, eine kuchen aufzu-  
richten, ich aber noch in der hoffnung bien, das mier eine aufgebauthe

kochen wirdt überlassen werden, aber doch noch nicht gewiesse ist...  
Dathum Lublin den 15 Aprilis anno 1569.

E. H.

williger

<sup>a)</sup> Hans Dulski etc.  
egen handth subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2088.

Lublini, 15.IV.1569.

*Ioannes Firlej de Dqbrowica, palatinus Lublinensis, R.P. supremus marscus,  
Ducatus Prussiae regentibus  
de die investiturae novi ducis in Prussia designando; de hospitiis pro duce  
et eius aula hac occasione praeparandis.*

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

... Magnifici ac Generosi Domini.

Ex litteris Magnificarum ac Generosarum Dominationum Vestrarum intellexi grata esse cum Illustrissimo Principi vestro, tum etiam Magnificis et Generosis Dominationibus Vestris studia et officia mea, Oratoribus Suae Celsitudinis a me exhibita. Quae quidem gratitudo Illustrissimi Principis vestri et Magnifarum ac Generosarum Dominationum Vestrarum non tantum quod non potuit mihi non esse pericunda, sed ad haec etiam efficit, ut deinceps omnia, quae ex re Suae Illustrissimae Celsitudinis et Magnifarum ac Generosarum Dominationum Vestrarum esse videbuntur, sedulo conficienda studebo.

Quod vero Magnifica ac Generosae Dominationes Vestrae a me nomine Illustrissimi Principis sui contendunt, ut una cum Generoso Domino Ioanne Dulski apud Sacram Regiam Maiestatem et cunctos Regni Ordines de certa die solennitatibus investiturae assignanda sollicitator esse velim, utque praeterea et alii confeudatarii Principes litteris pecularibus ab eius Maiestate ad eum actum accersantur, qua in re libenter, etiam absque Magnifarum et Generosarum Dominationum Vestrarum adhuc admonitione, dedi diligentem operam, ut et hic meum in Illustrissimum Principem et Magnificas ac Generosas Dominationes Vestras studium constare possit, et spero, quemadmodum ea res perfecta sit et qui dies huic rei constitutus sit, iam et Illustrissimum Principem et Magnificas ac Generosas Dominationes Vestras non latere.

Quod vero attinet, ut aliquorum hominum temerariorum, si qui eiusmodi fuerint, qui absentibus Illustrissimi Principis Legatis aliquid apud Sacram Regiam Maiestatem contra Sua Celsitudinem agere velint, conatus reprimere, ea in re studium et operam meam sedulo praestabo, ut nihil in me Illustrissimus Princeps et Magnifica ac Generosae Dominationes Vestrae ea in re desiderare possint. Caeterum de hospitiis, tam pro persona Suae Celsitudinis, quam etiam aulae Suae Celsitudinis commodis assignandis, quod attinet, curabo, ne ea in parte quoque officium meum ab Illustrissimo Princepe et Magnificis ac Generosis Dominationibus Vestris desiderari videatur, quantum et loci angustia et aedificitorum

huius civitatis incommoditas patietur... Datum Lublini, die XV mensis Aprilis, anno Domini 1569.

<sup>a)</sup> Amicus integerrimus <sup>b)</sup>

Ioannes Firliei de Dambrowicza, Palatinus Lublinensis,  
Regni Poloniae Supremus Marsalcus Rohatinensisque etc.

Capitanus,

<sup>a)</sup> manu propria subscrispsit. <sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

N. 2089.

Wyszków, 1.V.1569.

*Franciscus Gorski, praefectus bonorum Zlotoriensium,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
rogat, ut dux (Lublinum se conferens) in absentia sua hospitio episcopi  
Plocensis [Petri Myszkowski] uti velit.*

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

N. 2090.

Słuck, 15.VI.1569.

*Georgius dux Slucensis  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de felici adventu ducis Lublinum gratulatur, ipse ad Comitia ire non  
valens.*

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

N. 2091.

Lublini, 1.VII.1569.

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae regentibus  
de compescendis nefariis Wobeseri machinationibus; de litteris regiis ad  
pellendos boves pro coquina ducis sine telonei exactione expediendis.*

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

Spectabiles ac Magnifici Domini etc.

*Quod ad me Magnificae Dominationes Vestrae scripserunt, ut Sacrae  
Regiae Maiestati, Principi meo clementissimo, de nefariis Wobeserii co-*

natibus adversus Illustrissimum Prussiae Ducem quam primum refferem, feci id simul atque literas accepi, et quidem diligenter. Quae igitur sit mens et consilium Sacrae ipsius Maiestatis, ut maleficae perdit hominis machinationes anteverti possint, breviter id hisce literis Magnificis Dominationibus Vestris perscribendum esse putavi.

Ante omnia itaque Sua Maiestas ad Caesaream Maiestatem primo quoque tempore hac de re scriptura est, idque diligenter ab ipsa postulatura, ut Caesarea Maiestas ulla civationes contra Illustrissimum Ducem praedicto Wobesero ex Camera Imperiali extradi vetet. Et quoniam Orator<sup>1)</sup> ipsius Maiestatis est in aula Imperatoris, eodem tempore ad Oratorem quoque per primam postam de hac causa Regia ipsius Maiestas scribet ipsique mandabit, ut quam primum inhibitionem a Caesarea Maiestate obtineat, eamque primo quoque tempore ad Cameram Imperatoriam per tabellarium publicum vel, si is citus haberi non potuerit, alium quenquam ad hanc rem mercede conductum, perferendam curet. Qua de re ipse quoque ad eundem Oratorem diligentissime, uti negotii magnitudo postulat, scribere non praetermittam. Interea vero temporis Magnificae Dominationes Vestrae, quod iam pridem illas fecisse Sua Maiestas Regia cuperet, id ex voluntate ipsius Maiestatis curabunt, ut Wobeseri, hominis perversissimi, qui famae et existimationis bonae immemor, hucusque se coram ipsa secundum datam ipsi fidem non sistit, per universas urbes, tam Prussiae quam aliorum Principum vicinas civitates, perfidiam hanc publicent, quo insignis ipsius haec improbitas, nullo homine vel abiectissimo, nedum militari digna, omnibus nota esse possit.

De eodem quoque nefario Wobeserii ausu a Sua Maiestate Oratori Pomeraniae Principum<sup>2)</sup> exponetur. Cui inter caetera hoc potissimum diligenter commendabitur, ut nomine ipsius Maiestatis Illustrissimos Pomeraniae Duces peramanter roget, quo improbos istos Wobeserii conatus hoc modo compescant, quo commodissime Magnificae Dominationes Vestrae compescendas esse putant, atque hominem ad sistendum coram Sacra Regia Maiestate omnibus modis adigant.

Literae Sacrae Regiae Maiestatis ad pellendos boves sine ulla vectigal et telonei exactione, pro usu coquinæ Illustrissimi Prussiae Duci, nondum ex Cancellaria Lituanica sunt expeditae. Quas si mihi Magnificae Dominationes Vestrae, ascripto certo numero boum, expediendas commisissent, iam ipse eas hucusque expeditissem. Admonui tamen mea ex parte Dominum Ostaphieum, Procancellarium,<sup>3)</sup> ut literas eas quam primum expediret et puerum hunc, qui ipsarum causa hic relictus est, sine ulla mora ad Celsitudinem Suam alegaret... Datum Lublini, die prima mensis Iulii, anno Domini MDLXIX.

a) Magnificarum Dominationum Vestrarum  
amicus addictissimus b)

Franciscus Krassinski, Praepositus Plocensis  
et Regni Poloniae Vicecancellarius,

a) manu propria subscripsit.b)

a·b) *manu propria*.

1) *Lucas Podoski*.

2) *Barnim IX et Ioannes Fridericus*.

3) *Eustachius Wołłowicz*.

s.l., 22.VII.1569.

*Ioannes Demetrius Solikowski, commissarius regius,*

*Ioanni Iacobo Truchsess Waldburg*

*pro munere a duce in Prussia sibi misso gratias agit; « de practicantibus »  
nullum periculum vel metum esse asserit idque duci exponere petit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Magnifice et Generose Domine etc.

Quod Illustrissima Sua Celsitudo, Dominus Prussiae Dux, Dominus mihi benignissimus, memor suae clementis pollicitationis, hoc tempore me eo munere affecerit, ipsius Celsitudini Illustrissimae ingentes gratias ago et ipse etiam per occasionem praesens agam, et eo, quem semper in me Sua Illustrissima Celsitudo agnovit, animo in inserviendo ipsius Illustrissimae Celsitudini perpetuam gratitudinem declarabo.

De practicantibus nec periculum nec metus ullus, meo iudicio. Qua in re, quod virum probum et honestum atque ipsius Celsitudini addictum decet, semper facturus sum. Inprimis autem et Sacrae Regiae Maiestati, Domino nostro clementissimo, ut amorem in ipsius Celsitudinem, ita integritatem actuum nostrorum commissarialium, quam quorumvis importunas solicitationes, pluris fore confido, nisi forte sit, quod adhuc ignorem. Interea ut id pro sua gratia et fraterno favore ipsius Illustrissimae Celsitudini Magnificentia Vestra exponere velit, magnopere rogo... XXII Iulii 1569.

a) Magnificae Dominationis Vestrae  
obsequentissimus frater

Ioannes Demetrius Solikowski, Sacrae Regiae  
Maiestatis Secretarius, subscrisit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*In dorso: Magnifico Domino, Domino Ioanni Iacobo, S. R. I. D. H. Baroni Walburgo, Illustrissimi Principis Domini Prussiae Ducis Tutori Gubernatori et Curiae Magistro etc., Domino Fratri Observandissimo.*

Lublini, 25.VII.1569.

*Stanislaus Sandivogius Czarnkowski, referendarius et secretarius regius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*dolet, quod dux praeter omnium exspectationem summo mane, raptim,  
Lublino discesserit; Petrum Zakrzewski, adolescentem, commendat et  
rogat, ut eum dux aulae suae addicere velit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Illustrissime Princeps etc.

Preter spem et expectationem omnium accidit, quod Celsitudo Vestra summo mane Lublino discesserit. Qua enim animi propensione omnes fere, qui in Suae Maiestatis aula versamur, Celsitudinem Vestram prosequimur, non potuit ea res nobis non accidere nisi permolesta, quod

eum honorem, quem amplitudo et illustris virtus ipsius merebatur, Celsitudini Vestrae discedenti non habuerimus, cum quisque pro debita sua in Celsitudinem Vestram reverentia, tum quod eam rem non minus gratam fore Maiestati Regiae omnes non dubitabamus. Sed omissis ceteris omnibus, in iis infortunatus ego omnium, quem publice et privatim Serenissimi Regis mei negotia meaeque gravissimae ocupaciones officium facere haud permiserunt, ac tum magis, cum Illustris Celsitudo Vestra ex illa sua incommoda valetudine vires iam recuperaverat. Tum enim moles negotiorum maxima cervicibus meis incumbebat, qua plane deprimebar. Absque enim eo esset pro meo perpetuo et propensissimo in ipsam ac Illustrissimum ipsius parentem et inclitam familiam Domus Brandenburgicae<sup>a)</sup> studio, non committerem, ut quisque in eo genere exhibendorum Illustri Celsitudini Vestrae officiorum me, ut parum diligentem hominem, iure reprehendere posset. Quare submisso ab Illustri Celsitudine Vestra<sup>b)</sup> peto, ut mihi, homini tum occupatissimo, hanc dare veniam dignetur, de me hoc sibi persuadens nihil fieri posse tantum, extra unius Serenissimi Regis mei negotia, quod me ab illius obsequiis possit avertere, in quibus ea diligentia ac fide versaturum me polliceor, uti par est hominem, Celsitudini Vestrae, ipsius dignitati, amplitudini ac illustri virtuti addic-tissimum.

Iure amititiae nostrae pecieram aliquoties a Generoso Domino Schak, Illustris Celsitudinis Vestrae Consiliario, ut Petrum Zakrzewski, adolescentem nobili et honesto loco natum mihique ab Illustribus Dominis Comitibus a Gorka ceterisque amicis meis de meliori nota commendatum, qui que apud meum patruellem domi educationis cepit inicia, aulae Illustris Celsitudinis Vestrae addiceret. Quem ut Illustris Celsitudo Vestra a me quoque in numerum suorum accipere non dedignetur, magnopere oro. Quod cum faciet, non me solum de sua erga me benevolentia atque clementia bene sperare in posterum iubebit, sed eficiet quoque, ut ii, qui adolescentis...<sup>c)</sup> bene cupiunt, Illustri Celsitudini Vestrae beneficium se debere fateantur...

Lublini raptim, 25 Iulii, anno Domini 1569.

Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitorum addictissimus  
Stanislaus Sandivogius a Czarnkow, Refferendarius etc.  
manu sua subscriptis.

a) in ms. Barndeburgice

b) in ms. Vestrae

c) verbum illegibile.

N. 2094.

Lublini, 25.VII.1569.

Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis, commissarius regius,  
regentibus Ducatus Prussiae  
liberum transitum omnibus Iudeis, subditis regiis, iuxta pucta ea in re  
utrinque conventa, expetit.

Sigill. Autogr.

H B A, B 2, K.399.

Freundlichen grus mit wunschungk gottlicher gnade zuvorn. Wolgeborner, edle und erentvheste, grosgunstige herren.

Mir zweifelt nicht, Ir trage in guttem gedechnus, das unter andern

im namen und befhelich der ko. mt. etc. mit Euch abgehandelt, alle Juden der k. mt. etc. unterhaen, ob sey aus dem grossfurstenthum Littauen oder der Cron Polen, durch das fursthenthumb Preussen passiren zu lassen, auch da jmands f. d. untherthan mit inen etwas handeln wollen, dasselbe auch gestatten. Weil inen dan noottig von Euch anstadt f. d. etc. des ein beweis zu haben und mich derwegen ersuchet, als bitte ich, ir wollet unboschweret sein, denselben bey zeiger meinem diener anhero zu senden.

Demnach ich auch von ko. mt. befhelich gehabt, f. d. das geleit zu geben und mich keins weges des eilenden abzugs vorsehen, trage ich nicht wenig leidt, lasse es aber bey gefallen f. d. wenden. Will mich auch zu Eueren personen alles freundlichen und geneigten willens vorsehen, indemme ich auch widderumb Euch dermassen wolfaren kan, will ich nicht unterlassen... Datum Lublin feria Iacobi anno 1569.

Joannes a Sluzewo  
Palatinus Brzestensis

N. 2095.

*Lublini, 25.VII.1569.*

*Stanislaus Sobek a Sulejów, castellanus Sandomiriensis, R.P. thesaurarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
affinem suum, iuvenem Ioannem Rzeszowski, commendat, ut in numerum  
servitorum ducis cooptetur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2096.

*Lublini, 25.VII.1569.*

*Valentinus Dembiński, R.P. cancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
consanguineum suum, iuvenem Ioannem Rzeszowski, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2097.

*Lublini, 2.VIII.1569.*

*Ioannes Demetrius Solikowski, commissarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de negotio cassationis bonorum Ioannis et Stephani Loysiorum.*

*Sigill.*

*(2 annexa: 1. declaratio Sigismundi Augusti de 24.VII.1569, super debito Loysiorum (fragmentum), relata a Francisco Krasinski (sigil. cancellariae), 2. litterae Sigismundi Augusti ad universos de 27.VII.1569. Sigill. cancellariae).*

*H B A, B 2, K.399.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Dum in Daniam ablegatus a Sacra Maiestate Regia, Domino meo clementissimo, proficiserer, extorta fuit a me subscriptio membranae, quasi eam Magnifici Domini Palatinus Brestensis<sup>1)</sup> et Castellanus Geda-

nensis,<sup>2)</sup> Commissarii mei, subscribere vellent, qua declaratio quaedam de litteris regiis, ad ipsam Maiestatem Regiam remittendis, quas exhibuerant Loisii, contineretur. Postquam autem ex Dania redisse, a Dominis Consiliariis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, Gubernatoribus, eius rei admonitus, memini me respondisse me ignorare, vel in memoria non habere, quid illud esset. Si quid tamen perniciosum et actui nostro contrarium esset, promisi me illud acquisitum et annihilatum esse. Interea dum aliis negotiis certe gravibus occuparer, res ea mihi exciderat. Sed in ipso discessu Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, cum me nonnulli apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram ea de re (et ut verum fatear, impotente et indecenter) compellasset, graviter conturbatus, mox deducta Illustrissima Celsitudine Vestra in campum illicet foelici itinere optato, scriptum hoc, qualemque fuit, mihi antea incognitum, a me extortum et emendicatum, rursum ad me accepi et illud ipsum, motus existimationis meae zelo, concerpsi.

Quod etiam mitto ad manus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, submisse petens, quemadmodum ego confidenter illud ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram oculatae<sup>a)</sup> fidei causa transmitto, ita et Illustrissima Celsitudo Vestra illud idem in ignem coniici mandare velit, ut et ego deinceps ad confidenter inserviendum Illustrissimae Celsitudini Vestrae<sup>b)</sup> alacrior, ubi id factum esse comperero, existam. Ex mea persona nulla unquam nec Illustrissimae Celsitudini Vestrae, nec terris Illustrissimae Celsitudini Vestrae subiectis, ulla molestia aut difficultas incidit, nec incidet. Sed quod semper Illustrissimae Celsitudini Vestrae sum pollicitus, re ipsa per omnem occasionem pro conditione et<sup>c)</sup> viribus meis praestabo... Datum Lublini, 2 Augusti 1569.

<sup>d)</sup> Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
addictissimus servitor  
Ioannes Demetrius Solikowski,  
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, subscrispsit.<sup>e)</sup>

a) *correctum ex: oculatae*

d)-e) *manu propria.*

b) *sequitur expunctum: deinceps*

1) *Ioannes Stużewski.*

c) *supra lineam scriptum.*

2) *Ioannes Kostka.*

*Annexum I: Declaratio Sigismundi Augusti (fragmentum) super debito Loysiorum de 24.VII.1569, relata a Francisco Krasinski (sigill. cancellariae).*

Quinto et ultimo. In negocio Loysiorum, quod ad pecuniam attinet, existimat Regia Maiestas necessarium esse, ut rationes a Loysiis accipiatur et de universa pecuniae summa per amicam compositionem transigatur.

Quod vero bonorum cassatorum restitutionem spectat, eius est sententiae Maiestas Regia, si haec confirmatio, quam se habere Loysi asserrunt, cassationem per Commissarios Sacrae Regiae Maiestatis factam subsecuta est, Loysios per supradictam cassationem bona, de quibus controversia est, amittere. Sin vero antecessit cassationem confirmatio Regiae Maiestatis, eosdem bona praedicta retinere debere. Quod si haec ipsa bona penes Loysios esse absque detimento gravi Illustris Domini in Prussia Ducis manre non possunt, alia eisdem Loysiis bona ab Illustri Domino in Prussia Duce assignanda erunt. Vel certe cum eisdem alio modo, quo videbitur, transigendum. Datum Lublini, XXIIII Iuli, MDLXIX.

<sup>a)</sup> Franciscus Crassinski,  
Regni Poloniae Vicecancellarius, subscrispsit.<sup>b)</sup>

*In dorso alia manu:* Declaratio Maiestatis Regiae super debito Loysiorum. Item super cassationis negotio, Illustri Principi facta. D.

a.) b.) *manu propria.*

*Annexum II: Litterae Sigismundi Augusti ad universos, de die 27.VII.1569  
(sigill. cancellariae).*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaque etc. Dominus et Haeres.

Significamus praesentibus litteris, quorum interest, universis et singulis, quia nos infrascriptas litteras, interpraetationem cassationis certorum bonorum in se continentes, in papiro scriptas et sigillis Magnificorum et Generosi Ioannis a Sluzewo, Palatini Brzestensis, Coninensis et Miedzyrzecensis, Ioannis Kostka a Stangenberk, Castellani Gedanensis, terrarum Prussiae Thesaurarius, Pucensis Derschawiensisque Capitanei, Ioannis Demetrii Solikowsky, Secretarii nostri, signatas, sanas et integras in forma vidimus, extradi mandavimus. Quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Nos, Ioannes a Sluzewo, Palatinus Brzestensis, Coninensis et Miedzyrzecensis, Ioannes Kostka a Stangenberk, Castellanus Gedanensis, terrarum Prussiae Thesaurarius, Pucensis et Derschawiensis Capitanei, Ioannes Demetrius Solikowsky, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, notum et testatum facimus per praesentes, quia cum Nobiles Ioannes et Stephanus Loissii a nobis interpraetationem cassationis bonorum illorum, quae ab Illustrissimo quandam Duce Prussiae Alberto Seniore ab expeditione Mariemverdensi contra Ericum Ducem Brunswicensem, sine scitu et voluntate Sacrae Regiae Maiestatis, impetrabantur, in proxime praeterito Conventu Heiligbeilensi, ad instantiam Statuum et omnium Ordinum Ducatus illius, auctoritate nostra commissariali factae, sibi impartiri instanter postulassent, nos vero cum nihil ab aequitate alienum fore iudicaremus, si intelligentiam eiusdem decreti nostri scripto explicatam ederemus, praesertim cum ad nos pertinere eiusdem decreti nostri interpraetationem, qui illud pronuntiavimus, existimemus, reniti eorum petitioni nullatenus nec potuimus nec voluimus. Itaque testificationem mentis nostrae, quam viva voce propter locorum distantiam, qua nos Sacrae Maiestatis et Regni negotia corporibus seiungunt, reddere nequimus, scripto praesenti declaramus et scrupulum eum, quo illi se angi ostenderunt, hoc modo eximus.

a.) Quod decretum nostrum cassationis illius ita late et longe extendatur, quattenus Sacrae illius Maiestatis aliquae litterae, vel rescripta approbatoria seu corroboratoria, non intercesserint.<sup>b.)</sup> Quae si non intercesserunt, facere nos non decuit, ut de iis, quae solius Sacrae Regiae Maiestatis auctoritate stant vel cadunt, de plano decretum nostrum pronuntiaremus. Sed cum de iis coram nobis nulla fuit controversia, talia tacite, ubi clementissimi Principis nostri auctoritas intercessit, eiusdem clementi declarationi, uti nos facere par fuit, reservavimus. Neque nos hactenus aliter sentire vel sensisse praesentibus testificamur. Horum in fidem praesentes litteras sigillis nostris consignari fecimus et manibus nostris subscrisimus. Datae apud Mariemburgum in curia Lescensi, octava die mensis Decembris, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octavo. Ioannes Solikowski, Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius, subscrispit.

Quas quidem litteras, superius insertas, vidimus eisque non aliter, ac si originalibus, fidem ubique adhibendam esse volumus. In cuius rei

testimonium sigillum nostrum apprimi iussimus. Datum Lublini, **XXVII**  
Iulii, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Regni no-  
stri anno **XL**.

Relatio Reverendi Francisci Crassinski,  
Praepositi Plocensi, Regni Poloniae  
Vicecancellarii.

*In dorso alia manu:* Interpretatio Dominorum Commissariorum super  
cassatione. C.

a-b) *in margine linea signatum.*

*N. 2098.*

*Cnissini, 1.IX.1569.*

*Franciscus Krasinski, R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae gubernatoribus  
contra machinationes Wobeseri iam litteras ad oratorem regis apud im-  
peratorem datas esse nuntiat; petit auxilium in deducendis ovibus,  
a duce sibi dono datis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Magnifici Domini et Amici Observandi etc.

Quod ad me Magnifica Dominationes Vestrae per literas suas, ex itinere Cazmiri ad me datas, postularunt, ut negotium Illustrissimi Domini Principis Prussiae, praesertim de Wobsero et de inhibitione recipienda apud Sacram Caesaream Maiestatem et Cameram Imperialem apud Regiam Maiestatem promoverem et pro posse adiuvarem, feci eo, quo maxime potui, studio, ut Magnifica Dominationes Vestrae intelligere possint magnam me ex eo voluptatem capere, quando mihi datur occasio Illustrissimo Domino Principi serviendi. Velim itaque Dominationes Vestras Magnificas esse certas Maiestatem Regiam iam dudum in eo negotio ad Oratorem<sup>1)</sup> suum, in aula Caesareae Maiestatis agentem, literas dedisse, una cum notula inhibitionis ad ipsum transmissa, illique iniunxisse, ut sine omni mora in primis personam Illustrissimi Domini Principis Prussiae Caesareae Maiestati nomine Regiae Maiestatis commendaret, ab eaque diligenter et amanter peteret, ut praeciperet atque iniungeret Praesidibus Camerae Imperialis, quo nullae citaciones et rescripta, sicuti antea factum est, adversus Illustrissimum Dominum Principem ex parte Wobeseri aederentur<sup>2)</sup> et promulgarentur, vel tale quidpiam, quod personam et dignitatem Principis laedi<sup>2)</sup> posse videretur. Quod etiam iam satis liberaliter a Caesarea Maiestate promissum et factum est, sicuti ex literis Domini Oratoris, proxime ad Regiam Maiestatem datis, satis superque constat, ita ut iam nihil prorsus sit, quod a Caesarea Maiestate merito desiderari possit.

De quadringentis vero ovibus, mihi ab Illustrissima Celsitudine Sua ex singulari gratia dono datis, scripsi ad Celsitudinem Suam, ut hae mihi per praesentium exhibitem, Nobilem Stanislaum Choinawsky, mittantur, ut ex communibus ad Illustrissimum Principem literis cognoscent. Peto Dominationes Vestras Magnificas amanter, adhibeant quoque hac in re omne studium et operam suam, quo sine omni mora has oviculas obtinere queam, una cum oppilione, cui negotium deducendarum et custo-

diendarum earum ovium tuto et commode committi possit. Quod quidem non dubito Dominationes Vestras Magnificas id in gratiam meam libenter esse facturas... Datum Knissini, die prima Septembris, anno 1569.

Dominationibus Vestris Magnificis

<sup>a)</sup> amicus addictissimus <sup>b)</sup>

Franciscus Crassinski, Praepositus Plocensis etc. etc.  
et Regni Poloniae Vicecancellarius, <sup>a)</sup> manu propria. <sup>b)</sup>

<sup>a)-b)</sup> manu propria.

<sup>a)</sup> sic in ms.

1) Lucas Podoski.

N. 2099.

Cnissini, 1.IX.1569.

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*Stanislaus Chojnowski mittit ad recipiendas promissas sibi Lublini 400  
oves et petit, ut ei eaedem oves ex praefectura Soldaviensi vel Neiden-  
burgensi extradantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2100.

Człuchów, 8.IX.1569.

*Stanislaus Latalski in Łabiszyn, capitaneus Inovladislaviensis et Czlucho-  
viensis.*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*nobilem Henningum Szynowski, alias Herczemberg, commendat, cui a  
capitaneo Novostettinensi, ditionis principum Pomeraniae, in bonis  
suis multae iniuriae inferuntur, ratione finium controversorum, et  
rogat, ut dictus Herczemberg in metrica ducis hac de re requirere  
possit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2101.

Człuchów, 8.IX.1569.

*Stanislaus Latalski, capitaneus Inovladislaviensis etc.,*

*Ducatus Prussiae gubernatoribus*

*pro Henningo (Hennigo) Herczemberg, regis subdito, ratione finium de  
capitaneo Novostettinensi conquerenti, ut ei ex metrica ducis neces-  
saria documenta depromere liceat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*Magnifici ac Generosi atque Excellentes Viri etc.*

*Excellentias Vestras cellare nolui, quid Dominus Hennigus Herczem-  
berg, Sacrae Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi, subditus, super*

Capittaneum Nowostettinensem ex Pomerania ratione finium et terminorum conqueratur. Quod ipse eidem per fines et terminos in<sup>a)</sup> bona sua irruat, rem eius turbet et omni molestia afficiat. Sed cum isthic apud Illustrissimum Principem, Dominum meum clementissimum, metrica sive liber inscriptorum finium esse feratur, peto quam vehementer, Excellentiae Vestrae dicto Herczemberg hac in re opitullari et opem ferre non graventur et apud Illustrissimum Principem efficere, ut huiusmodi quidpiam ex libris et metrica sub sigillo Illustrissimae Celsitudinis Suae cancellatur, quod sibi ad hos limites necessarium fore existimaverit, ut libere et pacifice bona sua possidere et eisdem ab adversa parte tuto uti queat. Excellentiae et Dominationes Vestrae operam suam impendant atque omni amore et gratia eundem Herczemberg prosequantur, praemium a Deo Optimo Maximo actepturae. Quod ego vicissim cum eo promereri studebimus... Datae ex arcae<sup>z)</sup> Czluchowiensi, octava die mensis Septembris, anno a Christo Innatali<sup>z)</sup> MDLXIX.

Earundem Excellentiarum et Dominationum Vestrarum  
obsequens famulus

Stanislaus a Liathalice, Comes in Labischin,  
Iuniwaldislawiensis Czluchowiensisque Capittaneus,  
subscripsit.

a) *supra lineam scriptum.*  
z) *sic in ms.*

N. 2102.

Cnissini, 9.IX.1569.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae regentibus  
pro nobilibus Wieczwiński, affinibus suis, controversiam de certis bonis  
cum Nicolao Schwarz, ducis in Prussia subdito, habentibus, intercedit.

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

Magnifici Domini etc.

Intercedit ab annis compluribus lis et controversia nobilibus Wieczwinski, affinibus meis, cum Nicolao Sfforczi, Iudice Niedboriensi, Illustrissimi Domini Prussiae Ducis subdito, idque ratione villarum duarum, Witramowo<sup>a)</sup> et Schalki. Quae quidem actio et controversia cum in districtu Olsztynieensi divagitata, tandem per appellationem ad Illustrissimum quondam laudatissimae memoriae Prussiae Ducem esset devoluta, nullum finem aut exitum hactenus sortiri potuit. Quoniam vero predicti affines mei existimant meam apud Dominationes Vestras Magnificas intercessionem plurimum ponderis atque momenti habituram esse, petierunt a me, ut meas partes apud easdem interponerem, quo aliquando ope atque praesidio Magnificarum Dominationum Vestrarum ius suum consequi possint.

Quam ob rem commendo eos Magnificis Dominationibus Vestris non solum ut bonos viros et Sacrae Regiae Maiestatis subditos, sed etiam ut affines et mihi necessitudine iunctos, ab iisdemque peto maiorem in modum, ut sine dilationibus quibusvis eorum causam cognoscant et in ea id, quod aequum et iustum videbitur, decernant. In quo non solum

rem se atque aequitate sua dignam facient, sed etiam me ad gratificandum sibi promptissimum et paratissimum reddent... Datum Kniszinii, die nona mensis Septembris, anno Domini MDLXIX.

b) Magnificentiarum Vestrarum  
amicus addictissimus

Franciscus Crasinsky, Praepositus Plocensis  
ac Regni Poloniae Vicecancellarius, subscrispsit.<sup>c)</sup>

a) *correctum ex: Witamowo*

b)-c) *manu propria.*

N. 2103.

*Regiomonti, 26.IX.1569.*

*Andreas Balicki*

*Venceslao Schack consiliario ducis*

*de quodam Neblinger conqueritur, per quem multa damna et expensas iudiciales perpessus est, et rogat, ut sibi ea damna et expensae ab eodem Neblinger resarciantur.*

*Sine sigillo.*

*H B A, B 2, K.399.*

Moi łaskawi Panie Schaku,

sgodziwszi szię z Neblingerem o ynse articuli o ostatek, tho iest o skodi i o expensi, zezwoliłem ym przipuszczic tho na rossądek W. M.sci Panow Sządowych, moich Ms.cziwych Panow, pewnie tho szobie o W. M.sciach obieczuiąc, ze my W. M. skodi ziczic nie będączie raczili. A tes gdzie bi myalo bicz s skodą mą, tedi bich zaszę muszial (acz barzo nierad) do prava rekurovacz; a tak ys bich wolal abi bił richło koniecz, tedim nie będąc powinien, przyałem na szie wieczne onus przysluszone płaczic p. Flanczowi, takze i podatki pospolite s inssimy płaczic X. I. M. Wipuszczam go s przepatku, wypuszczam go s słowa sliacheczkiego etc., a tho wsitko darmo, nicz za tho od niego nie żądałc, jedno czo nagrodi za iasne skodi moie, ktore przeseń mam, dla iego lekkiego uwazenia u sziebie, tak słowa swego, iako tes i prawa. Czo szie tedi doticze skod, iako zem nie mogl doyrrzeczn zniwa, skąd mam wielką skodę, tak, ys tho zito i psenicza, którą<sup>b)</sup> gdi iesce nie bila pozeto, szaczowanano na 100 grzywien, potim, gdi to zwieziono nie stogi za 10 zlotich, a tho ys nie bil kto doyrrząc tak, ys tho wsitko na pokoszach sginelo a ostatek swinie poyadly etc.

Łąki te tes prawie na polu wsitki zostały, ktorich tam mial bicz nawyzszi pozitek. Nus czo większego (niestetis) na zime nie szalem nicz, any sziacz yus mogę, summa przesli rok marniem dla p. Neblingera utraczil, a na ten drugi rok zem nicz nie szial, niczem nie nagotował, przecz yus przes wsitk rok przidzie my na gotowi rok trawicz szie, a czo iesce gorszego, podobno przidzie wieczną nędzę praczą miedzi onymy chlopi czierpiecz etc. Thi skodi saczuię szobie na 200 talerow.

Item expensi, jedno teraznieszei drogi (ynszich nie wspomynam, ktorichem to uczinil 4), mieskaiąc tu yus w Prusiech od 12 niedziel, ze 2 slugoma i z 4 wozniki na gotowi grosz ustawicznie szię trawiąc, ia tes

yus od 8 niedziel w Croliewczu, 5 koniem mieskam, schaczuię szobie kazdi tidzień na 6 talerow, to iest na szię, na slugi i na konie, czo ia prawdziwie powiadam, ze ia jedno szam tu mieskaiącz w Croliewczu s koniem (okrom slug i kony drugich, ktore thes wsitko za gotowi grosz ziwię), strawilem yus gotowich pieniedzi talerow 32.

Item, na prawo procuratorovi w cancelarye. Za controversie, pozwi, decret ...<sup>a)</sup>. Zakom czo my przepissowaly etc. talerow 20. Na ti wsitki skodi pan Neblinger iakobi na siderstwo, postepuie my jedno 50 talerow, nicz nie baczącz na tho s czegom go ia dawno wipuscil. Iesczes i ynse skodi tak iasne, ktore mam, dla niego myalbim mu odpuszczic. Nie uczinie tego, wszakos ya yednak thi skodi i thi expensi dozwalam ie W. M. scziom moderowacz, aczem ye ya yus szam i nazbid umoderowal dla tego telko, abich yus mogl miecz koniecz czo richliei, a nie wątpiącz tes w tim nicz, ze ie W. M. będziecie raczili tak moderowacz, iakobi to nie bilo s moyą skodą.

W. M. tedi proszę moy Łaskawy Panie Schaku, abisczie W. M. w tim raczily koniecz richli uczinic, a będzie richli koniecz, gdi będzie slusna moderacia, bo gdzie bi myala bicz skodliwa, tak bich ia zasznie muszial do prawa.

Tak rozumiem, ys Neblinger dopiero będzie rachował<sup>c)</sup> przet W. M. scziami,<sup>d)</sup> po czemu my wloka przidzie, ale moich skod nie będzie rachoval. A ia thes zasznie przeciwko temu tak W. M. scziom powyadam bi my bil Neblinger the maiethnosz darmo dal, a myal bich bil taką trudnosz i omieszkanie occasy daleko liepsich podiącz, nigdi bich ie bil nie prziął. A tak bi bił p. Neblinger the maiethnosz spuszcil my tempestive za dobrą wolą a nie za prawem, tedi bi ya bil barzo dobrze przedal (tak iako tho i szami wiznawaly przet niektorimy, mowiącz, dal nam Bog tam tego niepozitecznego imienia zbiczy). Ale ys wolal pan Neblinger prawnie szię se mną obchodzicz nys dobravolią, czo s sobą przinossi wielkie skody (iakos ia na tim więcej skoduje nys on), tedi niechay sziebie szamego wyniue przidzielicz do prawa. Obieczuie mu zacz będzie tich skod więcej, tak ys podobno abo iemu abo mnie nędznykiem zostacz. Ostatek mądremu sprawiedliwemu rossądkowi W. M. przipusczam. Regiomonti, Septembri 26, 1569.

W. M. sluzebnik uprzejmye ziczliwi

Andr[zei] Baliczki, utrapiony Polak.

a) *verbum illegibile.*

b) *hic verbum iesce expunctum.*

c)-d) *suprascriptum.*

#### N. 2104.

Cnissini, 14.X.1569.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,

Alberto Friderico in Prussia duci

Ioannem Paris Bilienski, causam cum uxore olim Matthiae Hecht, patrui  
sui, habentem, a Stanislaw Zamoyski, castellano Chelmensi, sibi com-  
mendatum, duci commendat.

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

N. 2105.

Cnissini, 21.XI.1569.

*Franciscus Krasinski, R.P. vicecancellarius,  
gubernatoribus Ducatus Prussiae  
nobilem Petrum Grajewski, aulicum regium, commendat, ut negotium,  
quod ei cum duce Prussiae « de contentatione sua pro bonis certis  
intercedit », promovere velint.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2106.

Cnissini, 25.XI.1569.

*Franciscus Krasinski, R.P. vicecancellarius,  
Ducatus Prussiae regentibus  
se de negotiis ducis diligenter cum rege egiisse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Generosi Domini etc.

Literis Dominationum Vestrarum acceptis, egi confestim cum Maiestate Regia de iis negociis, de quibus ad Maiestatem Suam Celsitudo Sua perscripsit. Egi autem et ea diligentia, quam haec ipsa negocia Celsitudinis Suae requirebant, et tanto studio, quantum Celsitudinis illius in me humanitas, cuius in meo animo non mediocria resident, argumenta, flagitabat. Quam ob rem Sacra Maiestas Regia, et sua erga Celsitudinem eius singulari animi benevolentia et mea diligent et accurata monitione incitata, et benignum ad Celsitudinis Suae literas responsum dari iussit, et ut penitus haec ipsa negocia cognosceret, assensa est Celsitudini Suae, ut suum Internuncium ad illius Maiestatem Regiam cum iisdem mandatis mittat et rem universam uberius explanet.

Capita vero eorum negotiorum, quae Dominationes Vestrae a me postularunt, tam ex legatione Illustris Domini Dicis Megapolensis,<sup>1)</sup> quam Sacrae Regiae Maiestatis responso excerpta, mitto<sup>\*)</sup> Dominationibus Vestris. In caeteris etiam, quae ad dignitatem et commodum Celsitudinis eius pertinere arbitrabor, dabo operam omnem, ne meum erga se studium et observantiam et in rebus Celsitudinis eius promovendis diligentiam et assiduitatem ullo unquam tempore desideret... Datum Cniszini, XXV mensis Novembris, anno Domini MDLXIX.

a) Magnificentiarum Vestrarum  
amicus addictissimus  
Franciscus Crasinski, Praepositus  
Plocensis ac Vicecancellarius Regni,  
subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Ioannes Albertus.*

\*) *desunt*



# 1570

N. 2107.

Gedani, 10.I.1570.

*Commissarii regii*

*gubernatoribus Ducatus Prussiae*

*referunt de querela capitanei regii, Martini Schele, adversus praefectos  
arcis Memelensis, qui navem procella illuc appulsam in portu suo  
hibernare non patiuntur.*

(Germanice)

*Sigill.*

H B A, B 2, K.399.

Unsern geneigten und freundlichen grus zubevohr. Wollgeborner,  
achtbarer, edle und erenvheste herren, insondere gunstige und gute  
freunde.

Wir mogen E. H. und G. freundlicher wollmeynung nicht pergen,  
das uns irer ko. mt., unsers allergnedigsten herren, bestalter capitein  
Mertenn Schele klagende berichtet, nachdem ehr durch Gottes wetter  
und windt kurtz vorrucker zeidt genottiget worden, sein schiff yn yrer  
f. d. etc. zu Preussen etc. port gen der Memmel einzübrengen, sey hernach-  
mals durch die verwalter des schlosses Memmel von ym widder alles  
verhoffen begeret worden, solches gedachtes schiff vondannen widderumb  
alhero nach Dantzke zu brengen. Demnach wir aber, solches ym ytzt zu  
thun, beyn uns ganz unsicher und ungelegen befinden, als haben wir  
E. H. und G. hiemit zu ersuchen nicht umbgehen konnen, hiemit ym  
nahmen irer ko. mt. etc. embsigm begerende fur unsere person freund-  
lichen sinnende, E. H. und G., die sich ohne allen zweifel yrer beschei-  
denheit nach ohne alle weidtleufige erinnerung, die wir vor unnotigk  
erachten, wissen zu endtsinnen, was yn solchen fellen irer f. d. als dem  
lehnesfursten geburet, demnach auch die beschaffung thun, damit das  
schiff sicher und ohne alle vorhinderung den winter über moge aufge-  
leget werden. Und wollen uns genzlichen vorsehen, E. H. und G. die  
werden sich unserm billichen ansuchen der gebür nach, dermassen zu  
bequemen wissen, damit wir nicht vorürsacht, uns eyne solchen bey  
irer ko. mt. etc. vor hochstgedacht, zu beschweren. Welches wir E. H.  
und G., dieselbige wir hiemit godtlichem schutz befehlen, freundlicher  
wollmeynung nicht habe vorhalten wollen. Datum yn Dantzigk den 10ten  
Ianuarii anno 1570ten.

ko. mt. zu Polen ynn landt zu Preussen  
und Pommerellen verordnetter President  
und ytzt anwesende Commissarii etc.

N. 2108.

Pleszew, 16.I.1570.

*Ioannes Zborowski, capitaneus Plessoviensis etc..*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*Andream Balicki, inter subditos ducis numerari cupientem, commendat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2109.

Vilnae, 28.I.1570.

*Melchior Szemiot, castellanus Samogitiae,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*de Henrico Buchner, cive Tilsensi, conqueritur et rogat, ut sibi de tot  
iniuriis et damnis, ab eo sibi illatis, debita iustitia administretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Illustrissime Princeps etc.

Fuit apud me Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Legatus, Dominus Christophorus Halzun, cum literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae creditivis. Quid mecum in negotio Mathiae Meybom et Henrici Buchneri nomine Illustrissimae Celsitudinis Vestrae egerit, id cum est prolixum, Illustrissimae Celsitudini Vestrae literis meis significare supervacaneum duxi, praesertim cum idem Legatus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, vir clarissimus Christophorus Halzun, oretenus Illustrissimae Celsitudini Vestrae procul dubio referet.

Quantis autem atrocissimis iniuriis ab Illustrissimae Celsitudinis Vestrae subdito Tilzenzi, Henrico Buchnero, hactenus sum affectus et adhuc indies summo cum incommmodo in eo afficiar, Illustrissimam Celsitudinem Vestram spero partim ex literis meis, partim ex nuntiis, quos non sine sumptibus meis magnis saepius iam et per hoc biennium elapsum ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram et ad Consiliarios eius, et ad Capitanum Ragnetensem, invitus magna iniquitate pellectus et lacesitus, misi, [cognovisse]. Perpendat, queso, Illustrissima Celsitudo Vestra, an non immanis et ne quidem inter gentiles unquam audita, cum crudelitate coniuncta, iniuria est mihi, homini sibi ignoto, ex manibus famulorum et subditorum meorum, sibi ignotorum neque unquam visorum, cum quibus nunquam contradixit nec comertium habuit, propria authoritate et instinctu suo, connivente Domino Capitaneo Ragnetensi, frumentum accipere invitit et reclamantibus ipsis.

Cum autem aliquoties ad Dominum Capitaneum Ragnetensem meos pro impetranda iusticia meos<sup>z)</sup> ablegarem servidores, Dominus Capitaneus Ragnetensis venatum eundo dixit se nunc esse occupatum: redeatis altera vice. Idque per biennium aliquoties cum summo meo merore mihi contigit. Cum saepius ad Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Consiliarios non tantum Regiummontem, sed etiam in Conventum Generalem, in Szie-kirka celebratum, meos cum damno et expensis ablegarem famulos, nihil obtinere potui. Buchnerus iussus ab Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

consiliariis, ut ad me iret ac mecum transigeret, quodque stipulata manu promisit, nunquam mihi nec servitoribus meis est visus, cum in Illustrissimae Celsitudinis Vestrae dicionem in Szwaby ad portum per rusticos meos frumentum mitterem. Secundo, adhuc Buchnerus, nescio ob quam causam, meos irritavit rusticos dicendo, nisi altera vice frumentum ibi prius deponerent in granario, antequam ad portum deducerent, se super illos vel super frumentum meum velle ponere arestum.

An, Illustrissime Princeps, ab huiusmodi homine mihi, tanquam (absit omnis ostentatio) uni membrorum praecipuorum istius Ducatus, illata iniuria non doleat, an non offendat, an non irritet, Illustrissima Celsitudo Vestra pro singulari sua prudentia, qua divinitus est adornata, perpendere clementer dignetur, humilimeque praecor, ut Illustrissima Celsitudo Vestra Buchnero, tanquam transgressor pactorum ac foederis perpetui, inter Sacram Regiam Maiestatem et Illustrissimam Celsitudinem Vestram constitutorum, serio mandare dignetur, ut mihi, tanquam spoliato, pro violento raptu frumenti, pro expensis omnibus, pro illata iniuria et omnibus caeteris satisfaciat. Sin minus, ut mihi, quam primum servitorem meum ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram misero, sine ulterioribus dilationibus et prorogationibus et mandatis, ratihabitionibus iustitia administretur. Id ego de Illustrissima Celsitudine Vestra perpetuis temporibus promereri sedulo curabo... Datae Vilnae, die XXVIII Ianuarii, anno Domini MDLXX.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
amicus et servitor

a) Malcher Semeth, castellanus Samogitiae.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

N. 2110.

Gedani, 7.III.1570.

Nicolaus Firlej de Dąbrowica, castellanus Visliciensis,  
Ioanni a Kreitzen, ducis in Prussia cancellario,  
nobilem [Lazarum] Lipiński, ex terra Swecensi, commendat, causam de finium differentiis cum quodam vicino suo habentem, ut ex Metrica ducis certa documenta ei extradantur.

Sigill.

H B A, B 2, K.399.

N. 2111.

Gedani, 16.III.1570.

Stanislaus Karnkowski, episcopus Vladislaviensis; Ioannes Sierakowski, palatinus Lanciciensis; Ioannes Kostka, castellanus Gedanensis; Nicolaus Firlej de Dąbrowica, castellanus Visliciensis; Stanislaus Wysocki de Budzisław, castellanus Biechoviensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Lazarum Lipiński commendat, ut procuratori eius, Ioanni Canadeo, certa documenta ex metrica ducis extradantur.

5 sigilla.

H B A, B 2, K.399.

*Posnaniae, 22.III.1570.*

*Lucas a Górkka, palatinus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de dissensionibus, inter regem Poloniae et Ioannem marchionem Branden-  
burgensem exortis, pacifica compositione sedandis.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.399.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quam graves et molestae fuerint quantumque dolorem et sollicitudinem Illustrissimae Celsitudini Vestrae incusserint dissensiones illae, inter Sacram Regiam Maiestatem subditosque eius et Illustrissimum Principem, Dominum Ioannem Marchionem Brandenburgensem exortae, ex litteris Illustrissimae Celsitudinis Vestrae facile animadverti, atque subinde cognovi, quantum Illustrissima Celsitudo Vestra pro suo, christiani videlicet Principis, officio in eo laboret, ut ii motus recens nati, quibus materiam (uti procul dubio Illustrissima Celsitudo Vestra optime novit) praedictus Illustrissimus Princeps, Dominus Marchio, praebuit, compescantur et penitus e medio tollantur. Ad quod ut etiam operam meam conferam, me Illustrissima Celsitudo Vestra humanissime hortatur. Cuius equidem voluntati obtemperare semper antiquissimum duxi nihilque magis cupio atque expeto, quam ut postulata Illustrissimae Celsitudinis Vestrae exsequi possim.

Verum res ita se habet, ut, nisi prius ipse Illustrissimus Princeps, Dominus Marchio, apud Sacram Regiam Maiestatem de pace serio agat et omne studium ac curam, omnes denique cogitationes eo convertat, quo vicissim cum illa in gratiam redeat, pro quibusvis veterioribus recentioribusque illatis damnis ac iniuriis Sacrae Regiae Maiestati nobisque omnibus satisfaciat atque in posterum se pacifice gerat, nullo modo negotium compositionis dissensionum earum confici posse sperem.

Etenim non parvum hoc videri debet (ut de superiorum temporum iniuriis in praesentia nihil dicam), quo Sacram Regiam Maiestatem et Regni incolas haud ita pridem offendit, cum nimirum vicinitatis, pactorum et foederum immemor, in dictiom Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, et castrum Regni Poloniae principale, Walcz, cum magna armatorum hominum copia irruptionem faceret, ac nihil hostile praetermittens, dirreptis primum aedificiis, Vicecapitaneum, nobilem et proiectae iam aetatis virum, catenis vinctum, summa cum Sacrae Regiae Maiestatis indignitate secum abduceret ac tandem in carcерem misere coniiceret. Quapropter parum abfuit, quin illico nobiles Poloni, qui tum temporis, cum haecagerentur, Posnaniae frequentes aderant, eam atrocem iniuriam graviter et moleste ferentes, simili ratione retulissent, nisi res in consilium reiecta atque ea turba prudentium vocibus sedata fuisset.

Et quoniam, quod superius dixi, video Illustrissimam Celsitudinem Vestram, pro prudentia sua diligenter habita ratione periculorum, quae facile ex hisce bellicis tumultibus erumperent, et prima origine sumpta latissime serpent, in id incumbere, ut sedatis hisce motibus res ista amica transactione componatur, ego quoque cum non dubitem his immi-

nentibus incommodis adhuc posse iri obviam, et praesertim hac etiam ex parte ab Illustrissima Celsitudine Vestra admonitus, quantum quidem in me erit et quoad salva dignitate regia totiusque Regni fieri poterit, dabo diligentem operam, ut apud Sacram Regiam Maiestatem et reliquos Regni proceres hoc efficiam, quo ad oblivionem illatae iniuriae firmandoque pacis studium animos cogitationes suas conferant, modo Illustrissimus Princeps, Dominus Marchio, sibi ipsi quoque deesse nolit et abunde prius pro hac insigni iniuria, qua Sacram Regiam Maiestatem et Regnum Poloniae laesit, tam Sacrae Regiae Maiestati, quam reliquis omnibus satisfaciat...

XXII die mensis Martii, anno Domini MDLXX, Posnania.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
ad quaevis officia paratus  
a) servitor b)

Lucas Comes a Gorca, Palatinus Posnaniensis  
Buscensisque Capitanus etc.,  
a) manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2113.

Pawłowo, 28.III.1570.

*Felix Auctus Dziergowski, castellanus Sochaczewiensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
duos equos gradarios dono mittit et se excusat, quod Lublini ob inopinatum discessum ducem salutare non potuerat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2114.

Varsaviae, 1.IV.1570.

*Ioannes Dulski, capitaneus Branscensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
se contributiones in bonis ducis collectas, praeter ducis ea de re opinio-  
nem, thesaurario Lithuaniae persolvisse nuntiat eiusque solutionis  
quietantias (epochas) habere.  
(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.399.*

Niedźwiadna, 28.V.1570.

*Casparus Iłowski, palatinides Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de iniustis accusationibus ex parte capitanei Ioannisburgensis conqueritur  
et ipse eum de plurimis iniuriis sibi et subditis suis illatis accusat  
atque iustitiam a duce sibi administrandam petit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Illustrissime Princeps, Domine Colendissime.*

Non ita pridem ab Illustritate Vestra allatae mihi sunt literae, ex quibus perspexi ad me scriptum esse, quod forsan erroris causa sic accidit, tanquam ad subditum Illustritatis Vestrae, ubi me subditum ex clara et vetustissima familia ab antecessoribus meis subditum Sacrae Regiae Maiestatis Poloniae etc. esse profiteor. Quae literae etsi sigillo Illustritatis Vestrae communitae fuerunt, attamen sine manus subscriptione Illustritatis Vestrae, nihilominus tamen nihil dubito eas ex mandato Illustritatis Vestrae ad me datas esse. Quas ea, qua decet, observantia accepi earumque tenorem non sine magno animi mei maerore et dolore percepit, me sine ulla mei ac servitorum, et etiam subditorum meorum culpa, apud Illustritatem Vestram inique accusatum esse a Capitaneo Illustritatis Vestrae arcis Ioannespurgensis, me ex insolentia quedam,<sup>z)</sup> detestando violentiae exemplo, neque honorem meum preservando, re indicata, superioribus temporibus cum comitatu quodam hostilem impetum in Ducatum Illustritatis Vestrae commisisse atque, quasi nulla habita Illustritatis Vestrae eorumque subditorum ratione, id in contemptum et contumeliam fecisse, subditosque Illustritatis Vestrae, abacto ex armentis et gregibus meis insignis numerus,<sup>z)</sup> partim globis bombardarum in eos emissos<sup>z)</sup> interfectos esse, nonnullosque etiam vulneratos esse, ut vix superstites sperentur mansuri, atque praedam rerum variarum me ibidem raptu abstulisse. Praeterea etiam minatum me esse hostilitatem Capitaneo Illustritatis Vestrae arcis Ioannespurgensis, velle pagos, villas, quotquot essent, ibidem igne concremare et depopulando vastare.

Qua in re, Illustrissime Princeps, a predicto Capitaneo Illustritatis Vestrae, qui me eo in negotio praeter culpam apud Illustritatem Vestram accusavit, iniuria non levis facta est. Nam earum rerum nihil penitus neque a me, aut alias quosvis,<sup>z)</sup> nullo prorsus tempore commissum est, neque ulla unquam ex parte mea sive subditorum meorum ad violationem hanc publicae tranquillitatis et hactenus observatae bonae vicinitatis labefactionem occasio praebita ac facta est, neque notum mihi est, ut ulli hominum iniuria aliqua a me sive meis ex subditis Illustritatis Vestrae unquam facta sit, cum singulis temporibus hoc praesertim caveo atque observo, ne in re minima iura bonae vicinitatis a me lederentur, neque in rebus minimis a me sive subditis meis ad aliquam discordiam et controversiam cum Illustritati Vestrae<sup>z)</sup> eorumque<sup>z)</sup> subditis modus aliquis inveniatur. Nam ea in re vestigia olim Domini parentis mei libenter sequere<sup>z)</sup> velle, ut omnibus in rebus inserviendo Illustritati Vestrae semper eius gratiam nancisci atque habere possim.

Sin vero aliquid sinistri per invasiones et rapinas hostiles in finibus

ex utraque parte commissum aliquando fuerit, tum id pro certo affirmare possum, subditos Illustritatis Vestrae earum rerum omnium primum authores fuisse, eosque semper, nescitur quo animo ducti,<sup>z)</sup> imo spretis pactis et confoederationibus, inter Regnum Poloniae atque etiam Ducatum Prussiae Masoviaeque constitutis, occasiones varias ad violationem hanc publicae tranquillitatis ac bonae vicinitatis labefactationem dedisse, ac denuo nunc dedere atque saepenumero cum comitatu armata manu hostilem impetum in fundum meum, etiam me ipso praesente, penes curiam meam fecisse, nulla data occasione, ubi non solum violentem invasionem saepenumero contra omne ius et aequitatem commiserunt, verum etiam quam plurimos vulneraverunt, ut etiam alii de vita periclitentur, raptum etiam pecudum aliarumque rerum mobilium, nulla habita ullius rei ratione, multoties summa violentia fecerunt, in magnum mei subditorumque meorum damnum atque detrimentum.

Quorum<sup>z)</sup> omnium rerum, a subditis Illustritatis Vestrae in me atque subditos meos commissarum, catalogum et veram descriptionem atque seriem<sup>\*</sup>) hic praesentibus Illustratiti Vestrae transmitto. Quas iuxta consuetudinem et processum iuris huius provinciae in evidentius testimonium per ministerialem terrestrem generalem Sacrae Regiae Maiestatis obducere atque in Acta Castrensa inscribi curavi. Quae quidem omnia, uti se ab utraque partibus contulerunt hisce temporibus, ut Illustritas Vestra benigne accipere atque etiam prelegere velit, enixe Illustritatem Vestram rogo, ubi ex serie rerum mearum, ni fallor, magnam mei meorumque iniuriam atque intollerabile damnum et detrimentum agnoscerre poterit. Etsi aliquoties pro administranda iustitia ad praedictum Capitaneum Ioannispurgensem miserim, propriaque persona me eam assequendam ad eundem contulerim, nihil tamen ad hoc usque tempus iis in rebus apud eum efficere potui.

Cum vero nihil mihi dubii sit, Illustritatem Vestram ex innata sua benignitate, tanquam Princeps iustus atque summae veritatis amator atque iustitiae et aequitatis, mihi ea in re adfuturum, quo iustitiam debitam a subditis Illustritatis Vestrae, praesertim vero a Capitaneo praedicto, sine ulla mora habere possim. Nihilominus tamen Illustritatem Vestram summopere peto atque obsecro, Illustritas Vestra ex sua benignitate non solum subditos suos atque Capitaneum suprarememoratum monere atque cohercere velit, ut in posterum ab eiusmodi invasionibus, iniuriis, rapinis et hostilibus invasionibus<sup>z)</sup> et propositionibus et variis inequissimis<sup>z)</sup> minis se temperentur, verum etiam ex nunc abstineantur ac iura publicae tranquillitatis et bonae vicinitatis rectius observent, verum etiam ut pro damnis ac caedibus atque rapina mihi, servitoribus atque subditis meis sine mora in omnibus satisfaciant et oblata<sup>z)</sup> sine dilatione rerum omnium restituant. Quod me etiam in toto facturum promitto, quo postea neque ego nomine negotii huius, atque etiam subditi mei ullam habeant coram Illustritate Vestra conquerendi occasionem, et ut ex utriusque parte in posterum concordia, tranquillitas et bona vicinitas conservari possit. Quod quidem omni studio Illustratiti Vestrae singulis temporibus prome-  
reri studebo. Datae Niedzwiadnye, die 28 mensis Maii, anno Domini 1570.

Illustritatis Vestrae addictissimus

<sup>a)</sup> Caspar Iłowski, Palatinides Plocensis,  
manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

<sup>\*</sup>) *deest*.

*Petrus Zborowski, palatinus Sandomiriensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro Andrea Balicki, linguae germanicae ignaro, ut pro bonis in alia parte  
Ducatus Prussiae, ubi nonnisi germanicus sermo adhibetur, aliqua  
bona prope Soldaviam obtineat, ubi polonica praesertim personat  
lingua.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

Durchleuchtiger etc.

Neben erbietung meiner bereitwilligen dienst und wunschung von dem Almechtigen E. F. G. langwirigen leibs wolvermugen gesundheit und gluckseligen regierung, kann E. F. G. ich hiemit dienstlicher meinung nicht bergen, das ich von dem edlen, ernvhesten Andreas Balitzky verstandigt, wie er etzliche gutter in E. F. G. furstenthumb gelegen, haben solle. Weil aber dieselben an solchem ort liegen, do allein die deutsche sprache im schwang gehet und er derselben nicht kundig und derwegen solche gutter zu volkomner seiner nutzung selbst nicht bestreiten kann, hat er sowol fur sein person, als andere meine verwante herren und freunde, seinetwegen mith hohes vleisses angelangt bey E. F. G. ihnen furbitlich zu verschreiben, das er anstadt derselben gutter im Soldauschen gebiet, do die polnische sprache gemein ist, soviel an werden wollen einreumen und zueigenen lassen, damit er desto mehr sich derselben zu seiner heusslichen notturft und underhaltung mog zu nutz machen. Weil dan ich solch bitlich ansuchen nicht fur unzimlich eracht, hab ich es fuglich nicht abschlagen mogen. Und gelangt hiemit an E. F. G. mein dienstlich vleissig bit, dieselb wolten sich hierin gegen erwenten Andresz Balitzky dermassen in gnaden erzeigen, damit er fur sein person sowol menniglich zu spuren, das diese meine commendation bey E. F. G. (zu welcher ich mich ihrem gnedigen erbieten nach, alle gnedige zuneigung genzlichen versehe) ohne frucht nicht abgangen. Solchs bin umb E. F. G. ich muglichs fleisses zu vordienen jder zeit erbuttig... Datum Warschaw den 4 Iunii anno etc. LXX.

a) Celsitudinis Vestre Illustritatis Servitor<sup>b)</sup>  
Petrus Zborowsky Palatinus Sandomiriensis,  
Stobnicensis, Camionocensis, Thlumacensisque  
Capitaneus etc.

a) manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*N. 2117.*

*Varsaviae, 16.VI.1570.*

*Petrus Zborowski, palatinus Sandomiriensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Michaelem Hoffman, civem Neidenburgensem, subditum ducis, commen-  
dat, qui post longiorem in Regno Poloniae commorationem, ubi « pri-  
mariis nobilissimisque... viris operam suam... navando, praeclarum  
specimen doctrinae, fidei et diligentiae... de se dedit ».*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*N. 2118.*

*Torunii, 18.VI.1570.*

*Ioannes Stużewski, palatinus Brzestensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro iuvene Raphaele, filio affinis sui, capitanei Swecensis, ut eum dux ad  
aliquot annos liberum dimittat, quo litteris addiscendis studere perget.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*N. 2119.*

*Varsaviae, 7.VII.1570.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Venceslao Schack a Stangenberga, consiliario ducis,  
de pecunia per Georgium Fridericum marchionem Brandenburgensem mis-  
sa, sibi nondum reddita.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*N. 2120.*

*[Varsaviae], 7.VII.1570.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras ducis sine mora se regi tradidisse nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2121.

« *Na Pomorzu* », 26.VII.1570.

*Adalbertus Radzimski, silvarum regiarum praefectus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
rogat, ut equi et currus, subditis regiis a capitaneo Insterburgensi inter-  
cepti, eis restituantur.*

(Polonice)

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2122.

s.l., s.d., [VII-VIII. 1570]

*Adalbertus Radzimski, silvarum regiarum praefectus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
iterum de equis et curribus, subditis regiis a capitaneo Insterburgensi  
interceptis, restituendis.*

(Polonice)

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2123.

*Glinki, 22.VIII.1570.*

*Anna de Niszczyce Iłowska, vidua palatini Plocensis,  
Alberto Friderico (in ms. Sigismundo Alberto) in Prussia duci  
ut sibi profugi rustici in Prussia latitantes restituantur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

N. 2124.

*Varsaviae, 10.IX.1570.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Ioanni Georgio marchioni Brandenburgensi  
postulatas a marchione litteras investiturae, duci in Prussia a rege Polo-  
niae concessae, transmittit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Quas literas investiturae, Illustrissimo Domino in Prussia Duci a Re-  
gia Maiestate concessae, Illustrissima Celsitudo Vestra tam a Regia Maie-  
state, Domino meo clementissimo, quam etiam a me flagitavit, eas ut*

Celsitudo Vestra manu Regiae Maiestatis subscriptas et Regni sigillo obsignatas primo quoque tempore habere posset, pro mea erga eandem perpetua et singulari observantia diligenter curavi. Quod officium meum, vel potius debitam meam in Celsitudinem Vestram observantium, eidem non ingratam fore plane confido. Mihi quidem nec gratius nec optatius quicquam est, quam Celsitudinis Vestrae vel dignitati vel commodis inservire. Atque haec ita esse, ut existimet Celsitudo Vestra, non in ea re solum, sed in aliis etiam, omni occasione oblata sum praestaturus.

Munus Celsitudinis Vestrae mihi transmissum accepi. Id<sup>a)</sup> [quod mihi est] est a Celsitudine Vestra gratissimum et omni mea memoria recolendum... Datum Warssoviae, de 10 mensis Septembris, anno Domini MDLXX.

b) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae servitor  
Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
ac Vicecancellarius Regni Poloniae subscrispit.<sup>c)</sup>

a) aliqua verba non leguntur ob destructio-  
nem chartae.

b)-c) manu propria.

N. 2125.

*Niedźwiadna, 13.X.1570.*

*Casparus Iłowski, palatinides Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
petit, ut sibi iustitia indilata de damnis et iniuriis, sibi a capitaneo Ioannisburgensi illatis, a duce administretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Cum mihi nihil dubii sit Illustrissimam Celsitudinem Vestram ex superioribus literis meis atque etiam ex Actorum compendio seriem totius tractatus negotii mei, quod cum Capitaneo Ioannispurgensi atque cum nonnullis subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, ratione nonnullarum iniuriarum et controversiarum mihi illatarum, ad hoc usque tempus habeo atque fero, satis superque perspexisse atque intellexisse, ad quas cum mihi Illustrissima Celsitudo Vestra responsi<sup>z)</sup> dederit admonueritque me, ut interea temporis nihil tale pre se ferrem mali institueremque, verum operam pro me et subditis meis adhiberem, ne ultra ex aliqua parte ad violationem hanc publicae tranquillitatis et hactenus observatae bonae vicinitatis labefactionem occasio daretur, sed ut potius iure cum predictis subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae convenirem. Quod quidem quam libenter ad adhortationem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae feci nihilque tale tentavi, verum serio subditis meis iniunxi, ne ullam penitus occasionem darent ulterius litigandi, quod quidem et a subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae sperassem, sed nihilominus sine ulla culpa, nullius habita ratione, interea temporis et damna et invasiones bonorum meorum intulerunt denuo.

Quae omnia, non cum parvo animi mei merore et dolore, Illustrissimae Celsitudini Vestrae coram verissime opponere institui. Etsi ad sinistram eorum narrationem et relationem Illustrissima Celsitudo Vestra me apud Sacram Regiam Maiestatem accusaverit me earum rerum omnium autorem esse, attamen spero Illustrissimam Celsitudinem Vestram, cum innocentiam meam cognoverit, iustitiam debitam mihi administraturam fore de iis, qui me sine ulla culpa mea eo nomine apud Illustritatem Vestram accusaverint.

Cum vero praeterea Illustrissima Celsitudo Vestra ex innata sua erga subditos Sacrae Maiestatis Regiae, Domini nostri clementissimi, benignitate atque benevolentia literis suis mihi policita sit omnes istas controversias, tam de finibus quam de iniuriis et damnis mihi allatis, ex utraque parte exortis,<sup>a)</sup> cognoscere dirimereque et sopire, atque mihi et subditis meis indilatam iustitiam administraturam fore, quam primum pars rea ad iuditium Illustrissimae Celsitudinis Vestrae vocata fuerit. Quod cum mihi nihil certius sit Illustrissimam Celsitudinem Vestram mihi benigne adfuturam fore, quo sine ulteriori mora ad debitam iustitiam de praedictis damnis et iniuriis illatis pervenire possim, itaque magnopere Illustrissimam Celsitudinem Vestram rogo atque obsecro, Illustrissima Celsitudo Vestra mihi atque parti certum tempus atque locum constituere atque mandatis sive citoationibus suis mihi benigne adesse velit, quibus contraria partem, Capitaneum nempe Ioannispurgensem cum aliis subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, ad iuditium Illustrissimae Celsitudinis Vestrae vocare et adigere possim. Nam mihi nihil iucundius nihilque optabilius esse potest, quam ut definita causa tali et sopitis tantis controversiis et iniuriis, atque obtenta de illatis damnis debita iustitia, pacifice et quiete bonam vicinitatem observare ex parte mea queam... Datae Niedzwiadne, 13 Octobris, anno 1570.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
ad omnia addictissimus  
Casparus Iłowski, Palatinides Płocensis,  
manu propria subscriptis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

z) *sic in ms.*

N. 2126.

Gedani, 22.X.1570.

*Ioannes Służewski, palatinus Brzestensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de sua in commissarium designatione et Gedanum adventu, cum proposito  
ducem in persona adeundi, nuntiat; rebus tamen in longum se pro-  
trahentibus, Ioannem Policki mittit et responsum expetit.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.399.*

# 1571

N. 2127.

*Brodnica, 20.I.1571.*

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Matthiam Wojnowski commendat, ut eum dux in numerum nobilium ser-  
vitorum suorum cooptare velit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Amavi semper a prima inde pueritia Nobilem Mathiam Voinovski, cum propter singularem ipsius probitatem, modestiam et morum suavitatem, tum quod eius patris sit filius, viri nimirum boni, qui de me et universa familia mea optime semper est meritus. Non possum item non probare studia et conatus ipsius egregios, qui cum omnem iuvenilem aetatem in perdiscendis optimis artibus transegerit, Italiam, Galliam et magnam Germaniae partem, studio laudis adductus, perlustraverit, linguas et mores multarum gentium didicerit, iam tandem ad id, ex quo verum decus se consecuturum, non inani quadam spe concepta, existimat, animum applicuit, atque ut in pulcherrimarum virtutum veluti theatro aliquo versaretur, operam suam Illustrissimae Celsitudini Vestrae dicare constituit.

Quod cum ita sit, eum Illustrissimae Celsitudini Vestrae de meliori nota commendo atque ab illa maiorem in modum peto, ut eum Illustrissima Celsitudo Vestra in numerum nobilium servitorum suorum cooptare atque recipere gratiaque sua, qua certe dignus est et quam procul dubio promereri studebit, complecti dignetur. Quam quidem meam commendationem si apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram, quod sane non dubito, ponderis aliquid habuisse comperero, id gratissimum mihi fuisse omni officiorum promptitudine declarare semper conabor... XXa Ianuarii, MDLXXI, Brodniae.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae servitor  
Lucas Comes a Gorca, Palatinus Posnaniensis,  
Capitaneus Buscensis, manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2128 deest.

*N. 2129.*

*Varsaviae, 26.I.1571.*

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras ducis se accepisse significat et servitia offert.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*N. 2130.*

*Varsaviae, 3.II.1571.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Christophorum Gojski, adolescentem, commendat.*

*Sigill.*

*H B A. B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Quamvis non dubitem Vestram Illustrissimam Celsitudinem Cristopherum Gojski, qui has meas illi reddet, nobili familia natum et suis obsequiis ac ministeriis deditum, propter ipsius modestissimos mores ac propensum Vestrae Illustrissimae Celsitudini inserviendi studium singulare benignitate et clemencia sit prosequutura, tamen ut id libentius animoque alacriori faciat, commendo illum Vestrae Illustrissimae Celsitudini uti ingenuum et probum adolescentem diligenter. Atque ab ipsa in primis peto, ut is hac mea commendatione adiutus maiorem indies insignioremque benignitatem eius erga se cognoscat et experiatur. Quod me ut non frustra petere intelligo, ita Vestrae Illustrissimae Celsitudini pari et omni alio officiorum genere abunde compensaturum polliceor ac spondeo... Datum Varsaviae, die III mensis Februarii anno Domini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor  
Franciscus Crasinski, Regni Poloniae  
Vicecancellarius.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2131.

Varsaviae, 4.II.1571.

*Valentinus Dembiński, R.P. cancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Christophorum Gojski, adolescentem, commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2132.

Varsaviae, 4.II.1571.

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
per servitorem ducis, Guyski (Gojski?), mittit textum tractatus pacis,  
sperat tamen eiusdem tractatus textum typis impressum iam ducem  
accepisse.*

*Sigill.*

*(Annexum: brevis descriptio tractatus Stettinensis inter reges Daniae et Sueciae)*

*H B A, B 2, K.400.*

Durchlauchtiger etc.

Nach wunschung göttlicher gnaden, neben erbittung meiner willigen dinste, hab ich E. F. D. nicht vorhalten können, das ich E. F. D. vorlangest gerne weitleufig vorstendiget hett, welcher gestalt die friedshandlung zu Stettin genzlich abgelaufen. Nun hab ich dasselbige wegen anderer wichtiger gescheft halben nicht thun können und hette bei mir beschlossen, E. F. D. durch den herren Schacken solches zu vorstendigen. So ist der so schnell nach meinem ankommen in Warsau vorreiset, das ich solches bei im nicht thun können. Weilen aber zu itziger zeit E. F. D.<sup>a)</sup> meines gnedigsten<sup>b)</sup> herren diener mit namen Guyski an E. F. D. vörreiset, so hab ich dasselbige durch in ausrichten wollen. Hoffens aber, das E. F. D. derselbig vortrag vorlangst gedruckt zugeschickt worden, so uberschicke ich doch hiemit E. F. D. beiliegende die summa und der gantze inhalt desselbigen vortrages. Doraus sich E. F. D. kurtzlich zu ersehen, wie es ein ende genommen... Gegeben zu Warsau, in eil, den 4 Februari anno 1571ten.

E. F. D.

gantz williger

<sup>c)</sup> Johan Demetrius Solik[owski]

Serenissime Regie Maiestatis Secretarius subscrispit.<sup>d)</sup>

a) *correctum.*

b) *sequitur expunctum:* konigen und

c)-d) *manu propria.*

*Annexum.*

Kurtzer inhalt des vortrags zwischen der ko. w. aus Dennemarck<sup>1)</sup> und Schweden.<sup>2)</sup>

1. Zum ersten soll alle feintschaft, krieg und widerwille gentzlich aufgehoben sein und einer des anderen besten ehr, nutz, mit worten und wercken, als sein eigen selbest in acht haben und beforderen helfen und einer des anderen underthanen, wann er drumb angesucht wirt, gebürlich, unvorzögerlich recht vorhelfen und vor allem unrechtmessigen schutzen.
2. Alle uncosten peenfals und aller kriegskosten soll zu beiderseits aufgehoben sein, welche ko. w. zu Dennemarck vor sein teil auf 30 thonnen goldes schetzet.
3. Die drei kronen im wappen anlangende, ist ko. w. aus Schweden ko. w. zu Dennemarck keine gerechtigkeit doran gestendigk. K. w. zu Dennemarc aber helt solches vor aller dreier reiche gemeines wappen und dieweil ihr ko. w. zwei derselben königreich, als Dennemarck und Norwegen, die ko. w. zu Schweden nur eins inhatt, so vorhoffte er ja so viel oder mehr gerechtigkeit doran zu haben an den drei kronen als die ko. w. zu Schweden. Auf welches dann beschlossen, das sie es auch sollen fur ein gemeines fuhren, welches die koniglichen schwedischen gesandten nicht eingehen wollen. So ist doch letzlich das dahin behandelt, das sie zu beiderseits von wegen der dreier kronen keinen krieg zu ewigen zeiten anfangen, sonderen sich vormöge des beschlossen fur und furwerenden friedens nachbarlich verhalten sollen und wollen. Damit aber solche handlung nicht in der unrichtigkeit bliebe, so haben sie auf beiderseits ko. w. gesandten vorwilliget und diesen artickel zu der ro. kei. mt.<sup>3)</sup> churfürstliche durchlaucht zu Sachsen,<sup>4)</sup> hertzog Julius zu Braunschwig und pfaltzgraff George Hansen zu erkentnus als den scheidsrichtern gestellet und in diesselbige mechtig compromitirt und gewilliget dergestalt, wo sie sich im 72 jahr den monatstag Ianuarii nicht freuntlich vortrügen, so soll der behandelte compromis sein kraft erlangen und der proces, so von beiden teilen darin aufgericht und angestellt, entlich ausgetragen werden solle.
4. Die anspruch, so einer zu des anderen königreichen landen vormeinte zu haben, sollen gantz und gar erloschen, aufgehaben und todt sein, und die grrentzen, wie sie von alters gehalten und gewesen zwischen dem reich Schweden, Hollandt, Schona und Bleckingen sollen also auch itzt gehalten werden. Und die vom adel, so vorm krieg unter den reichen gewesen, sollen forder bleiben. Wo aber imands im werendem kriege anderer herschaft sich vorwandt gemacht, sol widder ledig erzelet und an seine vorige herschaft gewisen werden.
5. Alle gefangene, was nation die seint, sollen auf allen seiten frei und los gegeben werden.
6. Ko. w. aus Dennemark soll ko. w. aus Schweden das haus. Elfsburg sambt der lehnschaft und allen anderen zubehörungen widder abtreten und einantworten. Dagegen sol ko. w. aus Schweden widder abtreten ko. w. zu Dennemarck Jempterlandt und Herdalen sambt allen genommenen schiffen und über solches alles noch mit einer summa geldes ko. w. zu Denenmarck einmahl hunderttausent und funfzigtausent taler auf drei termin erlegen und bedencken, die geist-

- liche jurisdiction an Jempterlandt hat ko. w. zu Schweden ko. w. zu Dennemarck auch übergeben und fallen lassen.
7. Die narvische farth wil ko. w. zu Schweden ko. w. zu Dennemarck nicht vorhalten ader vorfechten vor sein teil, kei. mt. aber und ko. mt. zu Polen wollen darzu trachten, das ein geleichheit getroffen werde. Die stadt Lubbeck und alle andere mitvorwande stedte wollen damit zufrieden sein, was kei. mt. und ko. w. zu Polen und andere cristliche könige darin handeln werden.
  8. Was aber ko. w. könig Erich, hertzog Magnussen in Ifflandt eingonnen, treget er ein bedencken im solches itzunder abzutreten, weil er sich nicht als ein freundt, sonder als ein feindt erzeiget. Was aber ko. w. zu Schweden in der provintz Liflandt an dem thum Revel und dem stift Osell haben, sol ko. w. zu Schweden kei. mt. einantworten, kei. mt. aber der ko. w. zu Dennemarck zusehen, auf welche seit sich hertzogk Magnus begeben wirdt. Von Revel aber kann jtz nichts entliches beschlossen werden, weil der Muscowitter itzt davor leid und solches belegt hatt. Wirt aber ko. w. aus Schweden solches können vor dem Muscowitter vorwehren und vortretten, mag er sich mit dem keiser voreinigen, so ko. mt. zu Polen ist darmit zufrieden; auf welchen dann hernach Revel kommen wirt, der soll ko. w. zu Schweden die uncosten erlegen. Ko. mt. aus Polen gesandten aber haben solches nicht eingehen wollen, sonderen ihre gerechtigkeit doran vorbehalten und daruber protestirt.
  9. Ko. mt. aus Polen und ko. w. zu Dennemarck haben die keiserlichen gesandten voreiniget und sol ko. w. zu Dennemarck sich mit ko. mt. zu Polen nachbarlich und freundlich vorhalten und die dantzker schiff so widder die muscowitterschen freibeuter in die sehe geschickt, so er widder restituiren und frei sigilation nach altem gebrauch wie die grantzen gehen<sup>a)</sup> sein und zulassen und das hinderstellige sol auf s. Iohannis zu Stralsundt gentzlich vorrichtet werden.
  10. Und das umb solcher voreinigung will von wegen ko. mt. zu Polen zugethaner freuntschaft mit sollen in den vortrag beschlossen werden ko. mt. zu Polen underthanen, f. d. zu Preussen und der herzogk zu Churlandt. Datum.

a) *correctum ex: schen*

1) *Fridericus II.*

2) *Ioannes III.*

3) *Maximilianus II.*

4) *Augustus Pius.*

N. 2133.

*Zdziwoj, 8.II.1571.*

*Felix Auctus Dziergowski, castellanus Sochaczoviensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ad nuptias filiae ducem invitat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Confidens gratiae singulari Illustrissimae Dominationis Vestrae, quam scriptis suis erga me, infimum servitorem suum, exhibere dignata est,*

hanc quoque a Deo Omnipotente domus meae consolationem Illustrissimam Dominationem Vestram nec latere volui. Cum etenim filiam meam unicam<sup>1)</sup> Domino Stanislawo Macziejewski in matrimonium sacrum despandi, diemque sponsalium amicis et consanguineis meis vigesimam quintam Februarii in civitate Oszieczko assignavi, ad quem actum Illustrissimam Dominationem Vestram quam humillime precor, quattinus pro tempore illo Illustritas Vestra adesse velit domumque meam excellenti presentia sua ornet et condecoreret. A Deo Optimo Maximo premia, a me vero infimo servitia perpetua Illustrissima Dominatio Vestra reportare videbitur... Datum in Zdziwoy, VIII Februarii,<sup>a)</sup> anno Domini MDLXXI.

b) Wesstre<sup>2)</sup> Illustrissime Dominacionis

deditissimus servitor

Felix Auctus Dzergowsky, Castellanus Sochaczewiensis,  
manu propria.<sup>c)</sup>

a) *in dorso correctum in: Ianuarii*  
b)-c) *manu propria.*

z) *sic in ms.*

1) *Barbara.*

N. 2134.

Varsaviae, 22.II.1571.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancelarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
in negotio Wobeseri omnem diligentiam a se adhiberi nuntiat; ad litteras  
imperatoris, negotium Prussicum attingentes, regem nondum respon-  
disse.

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

In Vobeseri negotio, de quo Illustrissima Celsitudo Vestra videtur subvereri, ea, quae par est, a me adhibetur diligentia. Neque verendum quicquam esse existimo Illustrissimae Celsitudini Vestrae, ut in ea causa a Maiestate Regia quicquam, non modum<sup>a)</sup> praeiudicium Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, verum etiam eiusdem Nuncio et Mandatario absente, statuatur. Exemplum litterarum Caesareae Maiestatis ad Maiestatem Regiam, negotium Prussicum attingentum, mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae.\* Quibus literis Regia Maiestas nondum respondit, propterea quod etiamnum una cum Consiliariis Regni deliberat, quodnam ad tempus Commissarios suos istorum negotiorum causa eo ablegare debeat.

In negotio feudi Illustrissimae Celsitudinis Vestrae scribit Reverendus Dominus Podoski, Orator Maiestatis Regiae, Caesaream Maiestatem nihil quicquam responsi dedisse, nec qua mente esset, perspici hactenus potuisse. Idem etiam scribit Principem Orange<sup>1)</sup> exercitum ad Rhenum conscribere, sed id rumore tantum, nec illo quidem certo, in aulam imperatoriam perlatum esse. De his igitur hactenus. In reliquis autem, quae ad dignitatem et commodum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae pertinere arbitrabor, dabo operam omnem, ne Illustrissima Celsitudo Vestra meum

erga se studium et observantiam ullo unquam tempore desiderare possit... Datum Varsoviae, XXII mensis Februarii, anno Domini MDLXXI.

b) Illustratis Vestrae servitor et amicus  
addictissimus  
Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
et Regni Poloniae Vicecancellarius, subscrispsit.<sup>c)</sup>

- a) *in ms. modom*  
b)-c) *manu propria.*  
\*) *desunt.*  
1) *Gulielmus Taciturnus.*

N. 2135.

Varsaviae, 23.II.1571.

*Ioannes Dulski, capitaneus Branscensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro gratulationibus gratias agit; missas sibi novitates, tum et causam  
Wobeseri, regi se retulisse nuntiat; de area pro aedificanda [Varsiae] domo ducis se incertum esse dicit, cum eam aream et episcopus  
Cracoviensis et rex ipse ad proprium ipsorum usum praetendant.  
(Schedula adiuncta de novis ex aula imperiali duci mittendis)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Durchlauchtiger etc.

Midt erbittunge aller meiner willigen undt stedt geflissenen dinste kann ich E. F. G. dinstliches willens vleissiglichen nicht vorhalten, das mier E. F. G. schreiben den 22ten Februarii von E. F. G. diener geandtwort ist worden, welches ich nach sonderlichem vleiss und midt gebuhrlicher ehererbittung empfagen und angenommen, den inhaldt nach der lenge vorstanden und eingenommen habe. Thu mich gegen E. F. G. hoch dinstlichen als meinen genedigen herrn wegen der gluckwunschunge, so E. F. G. auss furstlichem, genedigem und gewogenem gemudt gegen mier tragende, gantz underdinstlichen bedancken. Demnach ich aber zu solchem ampt niemals bedacht und willen gehabt, viel weniger hiernach zu trachten mich geflossen, sondern ihre mt. viel mehr andere und grossere herrn und eltere diener, welche ire mt. zu solchem zu gebrauchen haben, zweifel ich nicht, seine mt. auss koniglichen hohem vorstande anderweit zu vorsehen genugsam radt wissen werden. Dernwegen E. F. G. mich in solchem genediglichen endschuldigt zu haben bittend bin. Nochmals ferner bittende, E. F. G. wollen sich solches keinesweges einbilden, vill weniger einigen glauben hierinnen solchem beymessien lassen, sondern mich fur irer mt. kleinen und geringen diener halden undt erkennen. Worinnen ich dan gegen mihr E. F. G. hohes geneigts gemutt genugsam erspurt habe. Dessen ich mich dinstlich und danckbar zu erzeigen schuldig erkenne.

Der zeutungen, so E. F. G. mier beneben solche in vortrawen irer mt. anzumelden und vorschwiegen zu halden genediglich begehren thun,

sollen E. F. G. anders sich nicht vorhoffen noch zweifeln, dann das demselben noch moglichkeit nochgelebet wirdt. Worvor dann ire mt. fur solche sich gegen E. F. G. danckbar erbatten chaben. Was ferner des Wobessers sache betrifft, sollen E. F. G. diesen bericht wissen, das ich solches ihrer mt. vorbracht, hierneben auch derselben gehemen redten angezeigt, domit wo gemelter Wobesser oder sein volmechtiger anhehr gelangen wurde, solchen handel zu fordern und vorzustellen bedacht wehre. Wollen ire mt. solches E. F. G. ins erste unseumlichen beneben allen umbstenden wissen lassen, domit E. F. G. hiergegen ihren gesandten aufs schleunichts anhehr vorfertigen moget, domit solchs gegenwertigt angehort, wie und waserley gestaldt wider vorabschidet wurde. Dann ire mt. ane<sup>a)</sup> E. F. G. vorwissen ine keinesweges zu gehohre kommen, viel weniger vorabschidet werden sollt gesonnen sein.

Wegen des platzes zu erbawunge E. F. G. eines hauses, sollen E. F. G. diesen bericht fassen, das gemelter platz, welchen der crackawische bisschoff fur sich begehret hadt, solchen ihrer mt. fur sich selber zu bawn behalden wollen. Da aber E. F. G. den andern begehrhen weren, wollen E. F. G. durch derselben genedig bericht wissen lassen, wie hoch in E. F. G. denselben an der summa behalden wollen, soll E. F. G. noch meglichem vleiss dorin gedienet werden.

Worvon auch E. F. G. redt wegen eines zelders, so ich fur E. F. G. halden thu, bericht gethan hadt, habe ich E. F. G. davon zu bescheiden nicht umbgehen wollen, das solcher kein zelder, sondern derselbe einen kleinen basser gehen that, weil solcher gewisser schenkel und zimlich ruschs, denselben E. F. G. fur einen hetzklepper zu ubersenden endtschlossen. Weil E. F. G. eines gutten zelders benotigt sein, will ich allen vleiss haben und vorwenden, das E. F. G. in solchem fall gedienet sein. Nochmals E. F. G. solche midteinander ins allererste diinstlichen sollen zugeschickt werden.

Betreffend auch E. F. G. underthanen wegen der 10 ochssen, damit solcher erstattunge und bekalunge erlangen moege, soll im midt allem vleiss dorzu gedint sein. Aufs erste ehr sich alhier beweisen wirdt... Datum Warschaw den 23ten Februarii 1571ten.

E. F. G.

schuldiger und gantz  
gevlissener diener

Johann Dulsske uff  
Rogenhawsen, Soraschs  
und Brianszke  
Heuptmann.

*Schedula:*

Weiter will ich E. F. G. nicht vorhalten, das ihre mt. dem herrn undercantzler bephell geben haben, diese sachen, so vom keyserlich hoffe durch ihrer mt. gesandten nach der zeit forder E. G. radt von hieher abgescheiden schriftlichen so viell der sein, genugsam zu vormelden, wie ich keines wegks zweyfeln soll, genugsam byseen ist und E. F. G. hier bey E. F. G. diener empfahen worden, damit E. F. G. erspuren sollen, das E. F. G. in alle wege gern und willigk gedinet ist.

a) *verbum* das *expunctum*.

N. 2136.

Varsaviae, 24.II.1571.

*Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de stipendio sibi revocato miratur, de eodem stipendio iterum assignato  
gratias agit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2137.

*Smoleň, 27.II.1571.*

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
per servitorem Guyski misisse se nuntiat textum tractatus Stettinensis;  
post redditum suum ex itinere, curaturum se dicit transscribenda acta  
a duce petita eaque duci missurum esse.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Durchlauchtiger etc.

Nach wunschung eines gluckseligen regiments mit erbittung meiner willigen dinste hab ich nicht unterlassen können, E. F. D. kurtzlich zu verstendigen, das ich kurtz vorschiener zeit an E. F. D. durch den Guyski, E. F. D. diener, sovil ich in eil zuwegen bringen können wegen anderer auch so wichtiger hendel, zugeschrieben und zugesendet hab, den gantzen inhalt und furnembste puncten des vortrages, wie er in dieser friedens-tractation vorhandelt und zum ende beschlossen worden. Vorsehe mich auch, das inhalt meines vorigen schreibens, E. F. D. denselbigen vortrag schon vorlangest in druck uberkommen, weil es in druck vorfertiget.

Nachdem ich aber itzunder von ko. mt., meinem gnedigsten konig und herren, in das bischftumb Ermelandt etlicher hendel halber vorschicket worden, als seit mir briefe zu lesen geben von E. F. D. von herren coadiutor<sup>a)</sup> des stifts zu Ermelandt, darinnen E. F. D. bitten thut umb die gantzen acten, wie sie sich vorlaufen, E. F. D. auszuschreiben zu lassen. Als kan ich E. F. D. nicht bergen, das solche acten schon durch uns in ko. mt. cantzelei ubergeben und überantwort worden. Doch dem ohnschaden worinnen ich E. F. D. dienen kan, bin ich alzeit willig bereit und sobalt als ich an ir ko. mt., meines gnedigsten königs und herren hoff kome, sol ich nach meinem hochsten vormögen mich bearbeiten und Euer F. D. solche ausschreiben lassen und mit den ehesten zusenden. Worinnen ich sonsten in grösserem und mehererem E. F. D. dienen kan, sol mich E. F. D. allewege willig und bereit geflissen erfinden... Gegeben zu Schmolenien den 27 tag des monats Februarii anno 1571ten.

E. F. D.

gantz dinstwilliger

<sup>a)</sup> Ioannes Demetrius Solikowski  
von Solkaw  
Serenissime Regie Maiestatis Secretarius  
subscriptis.<sup>b)</sup>

a.-b) *manu propria.*

1) *Martinus Cromerus.*

N. 2138.

Varsaviae, 3.III.1571.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de causa Ioannis Secluciani.

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

Ioannem Seclucianum,<sup>a)</sup> quem Celsitudo Vestra literis suis Maiestati Regiae commendavit, quantum apud Regiam Maiestatem promovere potui iis in negotiis, quorum de causa huc venerat, feci libentissime. Qui cum, expeditis hic quomodocunque rebus suis, ad Celsitudinem Vestram revertatur, nequaquam eum absque literis meis ad Celsitudinem Vestram dimittendum duxi, praesertim cum ad literas Celsitudinis Vestrae nunc Maiestas Regia respondere non possit, quod graviter hoc tempore chiragrae morbo molestetur. Itaque hac in parte Celsitudo Vestra habebit Maiestatem Regiam excusatum. Porro Seclucianum, uti servitorem Illustrissimi olim Domini parentis sui, ea, qua coepit, complectatur benevolentia, rem in eo aequissimam factura Celsitudo Vestra... Warsoviae, die III Martii, anno Domini MDLXXI.

b) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor addictissimus

Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
et Vicecancellarius Regni, subscripsit.<sup>c)</sup>

a) in ms. Seclunianum  
b)-c) manu propria.

N. 2139.

Gedani, 11.III.1571.

Ioannes Ślużewski, palatinus Brzestensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
negotiis regis diutius retentus, ducem ad se invitat post Paschatis festivitates; litterarum exhibitorem, Ioannem Nimbsch, commendat.  
(Germanice)

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Pultoviae, 22.III.1571.

*Petrus Myszkowski, episcopus Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
negotium finium regundorum inter Ducatus Prussiae et Masoviae ad  
publicam totius Regni causam pertinere significat, ideo Generalia  
Regni Comitia ad id aggrediendum exspectanda esse.  
Sigill.  
(Annexa: 2 epistolae originales Sigismundi Augusti. Utraque praedita  
est sigillo cancellariae).  
HBA, B 2, K.400.*

Illustrissime Princeps etc.

Accepi litteras Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, una cum commissione et mandato Sacrae Regiae Maiestatis, Domini nostri clementissimi, in negotio quarundam controversiarum et finium regundorum inter quosdam subditos Maiestatis Regiae et quosdam alios subditos Celsitudinis Vestrae, qui sunt accolae terrarum Masoviae. Quibus quidem litteris petit a me Illustrissima Celsitudo Vestra, ut collegas meos, a Maiestate Regia deputatos, de ea commissione certiores facerem unaque cum illis constituerem de loco et tempore componendarum earum controversiarum inter subditos Maiestatis Regiae et subditos Celsitudinis Vestrae. Qua quidem in re ego, pro mea in Celsitudinem Vestram observantia, libenter illi gratificarer, sed quoniam hoc negotium hoc tempore atque hac ratione diffiniri posse non videtur, vereor, ne totus hic labor et ab Illustrissima Celsitudine Vestra et a nobis, Commissariis, frustra suscipiatur, et simul et opera et sumptus perdatur.

Nam cum negotium finium Masoviticorum ad publicam totius Regni causam pertineat, et commissio non sit in publico Regni Conventu ab omnibus Regni Ordinibus decreta, non video, qua ratione id nunc aggrediendum sit aut ad debitum finem deducendum. Quam ob rem censeo, ut Illustrissima Celsitudo Vestra aut Conventum Regni Generalem exspectet, in quo de toto hoc negotio constituantur, aut si quid forte aliquem eius subditum urgeat ab aliquo subdito Maiestatis Regiae, de ea re secundum pacta conventa privato iure experiantur, non revocando nunc in disceptationem publicam Masoviticorum finium controversiam. De his rebus, pro mea singulari in Illustrissimam Celsitudinem Vestram observantia, eam de animi mei sententia certiore esse volui. Caeterum ipsa Celsitudo Vestra id constituet, quod maxime ex re illius esse videbitur... Datum Pultusci, XXII Martii, anno Domini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequens servitor  
Petrus Miskovski, Episcopus Plocensis.<sup>b)</sup>

<sup>a+b)</sup> manu propria.

Annexum I: Sigismundus Augustus Petro Myszkowski et aliis, 26.I.1571.  
(Cum sig. cancellariae).

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaque etc. Dominus et Haeres.

Reverendo in Christo Patri, Domino Petro Myszkowski, Episcopo Plocensi, et Magnificis Stanislae Lawski de Strzegoczin, Palatino et Vice-

gerenti nostro in Masovia, et Andreae Sieprski de Gulczewo, Ravensi Palatino et Capitaneo Plocensi, atque Generoso Fœlici Aucto Dziergowski a Pawlowo, Castellano Sochaczoviensi et Ossieensi Capitaneo, sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Reverende in Christo Pater et Magnifici ac Generose, sincere ac fideles nobis dilecti.

Intelleximus exortas esse controversias ratione finium inter Nobilem Gasparum Ilowski, subditum nostrum, et quosdam Illustris Domini in Prussia Ducis subditos. Quas quidem controversias nos, ad diligentem et accuratam eius Illustritatis solicitationem, consopiri et componi, insuper etiam totum Masoviticorum finium ducendorum constituendorumque negotium debite ac diligenter determinari cupientes, Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris, de quorum fide, prudentia et in rebus gerendis dexteritate plurimum confidimus, hoc negotium universum committendum esse duximus, prout committimus praesentibus. Hortantes et monentes easdem, ut habita inter se mutua intelligentia, certoque die et tempore, ad eam rem secundum pacta cum Illustri Domino in Prussia Duce constituto, communicatoque consilio cum eius Illustritatis ad eam rem deputatis Commissariis, tum etiam vocatis in sui praesentiam partibus, quarum interest, et auditis eorum allegationibus et responsis, iuribusque ac probationibus partium probe cognitis, senum etiam testimonio exhibito, non tantum de controversiis omnibusque iniuriis, quomodolibet exortis inter praedictum subditum nostrum et eius Illustritatis subditos, sed in universum de toto negocio Masoviticorum finium regundorum et constituendorum decernant et statuant, certisque limitibus et scopolis signisque, circa ea adhiberi solitis, distinguant et muniant, solum Deum et iustitiam sanctam pœ oculis habentes. In quo conscientias vestras oneramus, facientes id, quod a Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris determinatum et decretum fuerit, per partes firmiter observari et manuteneri, unius Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum absentia non obstante. Pro gratia nostra et debito officii sui Synceritates et Fidelitates Vestræ secus non facturae. Datum Varsoviae, die XXVI mensis Ianuarii, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLI.

Ex commissione Sacrae Regiae Maiestatis  
propria.

*Annexum II: Sigismundus Augustus Casparo Ilowski, 22.II.1571. (Cum sig. cancellariae).*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaeque etc. Dominus et Haeres.

Nobili Gaspari Ilowski, fideli nobis dilecto, gratiam nostram regiam.  
Nobilis, Fidelis nobis Dilecte.

Deputavimus certos Commissarios nostros, secundum pacta, quae nobis cum Illustrissimo Domino in Prussia Duce intercedunt, ad controversias et iniurias cognoscendas inter eius Illustritatis subditos et Fidelitatem Tuam. Quam ob rem mandamus Fidelitati Tuae, ut, cum primum per praedictos Commissarios vocata fuerit, coram illis sine ulla mora et dilationibus compareat et allegationes ac monumenta, si quae habeat, producat. Tum quicquid per eosdem decretum fuerit, firmiter teneat et obser-

vet. Pro gratia nostra secus non faciat. Datum Varsoviae, die XXII mensis Februarii, anno Domini MDLXXI, Regni vero nostri anno XLII.

Ad mandatum Sacrae Regiae Maiestatis  
proprium.

a) Franciscus Crasinski, Regni Poloniae  
Vicecancellarius, subscrispsit.  
b)

a)-b) *manu propria.*

N. 2141.

Varsaviae, 28.III.1571.

*Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de pecunia restituta gratias agit; se operam dedisse asserit, ut negotium  
ducis ex animi sententia conficiatur; refert de retardato adventu  
oratorum Moscoviticorum.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Illustrissime Princeps etc.

Reddidiit mihi Hieronymus Einwald, subditus ac servitor Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, taleros centum annuae pensionis nomine. De qua magnam Illustrissimae Celsitudini Vestrae habeo gratiam, maiorem autem de perpetuitate ista atque constantia gratiae et benevolentiae erga me Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quae mihi omnium thesaurorum est instar.

Quod attinet negotia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quae mihi apud Sacram Regiam Maiestatem procuranda hoc tempore commisit, dedi operam, ut et cito et ex animi sententia Illustrissimae Celsitudinis Vestrarum conficerentur, quemadmodum ex literis Sacrae Regiae Maiestatis ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scriptis cognoscere poterit. Ego quidem optimum Maiestatis illius erga Illustrissimam Celsitudinem Vestrarum animum abunde in his explicandis negociis cognovi. In ceteris etiam deinceps omnibus, ut idem semper studium meum Illustrissima Celsitudo Vesta perspiciat, curabo.

Novorum hic nihil est. Oratores Moscorum expectamus, quorum praecipuis mortuus esse in itinere fertur, iam intra ditionem Sacrae Regiae Maiestatis. Ex quo veremur, ne ceterorum adventus propterea retardetur. Videtur enim totius legationis eorum ratio ex hoc uno pependisse. Sacra Regia Maiestas valet rectius, abactis iam chyragricis et podagricis doloribus, quibus paulo ante detinebatur. Hunc ipsum Einwaldum, quem mihi Illustrissima Celsitudo Vesta commendat, iuvi in ipsius negocio, quantum potui, quemadmodum ex ipso illo plenius cognosceret...

Datum Varsoviae. die XXVII Martii, anno Domini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor obsequentissimus  
Andreas Patricius Nideczki.  
b)

a)-b) *manu propria.*

N. 2142.

Varsaviae, 28.III.1571.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,

Alberto Friderico in Prussia duci

de negotio Wolfgangi a Kreitzen, controversiam de bonis cum Petro Cae-  
sare, electoris Saxonie subdito, habentis.

Sigill.

Iam ed. Akta Podkanc. II, CCCI.

(Annexum: exemplum litterarum Sigismundi Augusti ad Augustum  
electorem Saxonie, 27.III.1571; Iam ed. El. XXXII, N. 1204)

H B A. B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

Mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae literas Sacrae Regiae Maiestatis, ad Illustrissimum Dominum Saxoniae Electorem scriptas, de negocio Domini Wolfgangi Creitii, simulque earum literarum exemplum. Scriptum est praeterea ad Reverendum Dominum Oratorem Maiestatis Regiae, qui est in aula Caesareae Maiestatis, ut tam hoc negocium Domini Creitii, quam illud Illustrissimae Celsitudinis Vestrae proprium de investitura simultanea feudi marchionici, omni adhibita apud Maiestatem eius Caesaream diligentia procuret. Et quia literae plenipotentiae ad eam rem missae ab Illustrissima Celsitudine Vestra non fuerunt, misimus Reverendo Domino Oratori literas ipsas Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, ut iis pro plenipotentia uti possit, si necesse fuerit.

Interim Illustrissima Celsitudo Vestra deliberet, utrum suos ipsa ad eam rem Nuncios, an plenipotentiae saltem literas pro Reverendo Domino Oratore Maiestatis Regiae, velit mittere. Et quicquid deliberatum habuerit, primo quoque tempore exequatur. Mihi quidem Nuncii potius mittendi viderentur ab Illustrissima Celsitudine Vestra. Neque enim satis conveniens fuerit, mea quidem sententia, ut Orator Sacrae Regiae Maiestatis aliam quam Maiestatis eius Regiae personam, praesertim in tam sollenni actu, sustineat. Ne quid tamen in nobis desiderari videretur, scribi iussi nomine Regiae Maiestatis ad eum id, quod scribi Illustrissima Celsitudo Vestra voluit. Quod etiam heri ad eum est missum. In reliquo, quicquid me Illustrissima Celsitudo Vestra facere sua causa voluerit, meam consuetudinem inserviendi Illustrissimae Celsitudini Vestrae lubens retinebo... Datum Varsoviae, die XXVIII mensis Martii, anno Domini MDLXXI.

a) Celsitudinis Vestrae servitor addictissimus  
Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
et Vicecancellarius Regni.<sup>b)</sup>

a.) b.) manu propria.

N. 2143.

Varsaviae, 31.III.1571.

Matthias Zaliński, praefectus cubiculi regii,

Alberto Friderico in Prussia duci

subdito ducis, Hieronymo Ehwald, a duce sibi commendato, operam  
suam praestitum se esse nuntiat.

Sigill.

H B A. B 2, K.400.

N. 2144.

*Posnaniae, 1.IV.1571.*

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
gratias agit pro benevolentia Matthiae Wojnowski, duci a se commen-  
dato, exhibita, quem dux in numerum servitorum suorum recepit.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.400.*

N. 2145.

*Varsaviae, 9.IV.1571.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de quibusdam civibus Soldaviensibus, a Iudaeis arrestatis, accuratiorem  
informationem exspectat; mittit exemplum litterarum electoris Saxon-  
iae [Augusti] ad regem; refert de modo iudicandi privatas iniurias,  
propter fines controversos utrinque illatas.  
Sigill.  
(Annexa: Exempla litterarum Augusti electoris Saxoniae ad regem  
Poloniae, de die 4.III.1571, et ad Lucam Podoski, de die 6.IV.1570)  
H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Ex literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quibus ad me scribit de arrestatis a Iudaeis civibus quibusdam Soldaviensibus, subditis suis, illud intelligere non potui, quod mihi summopere necessarium esse videbatur, quinam videlicet sint hi Iudei et ubi domicilium habeant, quorum nomine subditi Illustrissimae Celsitudinis Vestrae pignerati et arrestati sint. Deinde, a quonam Magistratu et quo in loco sint arrestati. Itaque, etsi illud constat arrestari secundum pacta eos non potuisse, tamen nisi duo illa, quae dixi, mihi explicentur, non video, qua ratione per me arrestationi factae medicina ulla afferri posse videatur. Ubi de his rebus certior factus fuero, nullam moram in conscribendis necessariis literis interponam, pro meo erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram studio singulari. Interim literas salvi conductus, Iudeis ab Illustritate Vestra missas, asservari hic iubebo, dum me per suorum aliquem de rebus illis faciat Illustrissima Celsitudo Vestra certiore.

Exemplum literarum Domini Electoris Saxoniae mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae. Res enim universa ad eam pertinet. Consilium in his rebus Sacra Regia Maiestas non ante dare ullum potuit Illustrissimae Celsitudini Vestrae, quam intelligat, quonam modo se ea res habeat, praeципue de Doctore Eberhardo Roggio, quem Dominus Saxoniae Elector depositare videtur, ut in ipsius iudicio, secundum promissum suum, sese sistat. Quemadmodum ex ipsis Domini Electoris literis Illustrissima Cel- situdo Vestra cognoscat.

Commissio ad Masoviticos fines regundos ex decreto Comitiorum proximorum petenda erit. Interim privatae iniuriae iudicari poterunt per Commissarios, quorum nomina, et si quid praeterea ad uberiorem earum

rerum informationem pertinebit, ex Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Cancellaria expectabo. Quod quidem ut primum accepero, sine mora commissiones conscribi et obsignari iubebo... Datum Varsoviae, die IX Aprilis, anno Domini MDLXXI.

a) Celsitudinis Vestrae servitor addictissimus  
Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
ac Vicecancellarius Regni, subscriptus.  
b)  
a).b) *manu propria*.

*Annexum I: Augustus elector Saxoniae Sigismundo Augusto regi Poloniae,  
6.III.1571.*

Serenissime Rex, Domine ac Affinis plurimum Observande.

Regiae Serenitati Vestrae salutem precamur studiumque nostrum in omni officii genere promptissimum deferimus.

Literas Serenitatis Regiae Vestrae, Varsoviae XXV die mensis Ianuarii scriptas, accepimus et perlegimus. Ac sane meminimus Serenitatem Regiam Vestram anno abhinc tertio in causa Petri Caesaris Nuncios suos huc ablegasse, quibus, posteaquam mandata sua exposuissent, indicari mandavimus: Doctorem Eberhardum Roggium, ex praescripto Consiliariorum Ducatus Borussiaci, adversus Petrum Caesarem iudicio hic egisse ac per condicione repetuisse obligationem earum literarum, quibus Illustrissimus quandam Dux Albertus, piae memoriae Princeps, professus est se bis mille et trecentos Ioachimicos Petro Caesar ex causa crediti debere, eamque summam certa die soluturum se promisit.

Atque hanc actionem tum quidem Petrum Caesarem suscepisse suisque usum defensionibus absolutum fuisse per sententiam, cuius declarationem Roggius porrecto libello petiisset. Inter haec porro lites quoque alias incidisse propter convicia et contumelias, quibus Petrus Caesar a Roggio, contra ius et aequum, aspersum se diceret, eamque rem per Roggium ad Consiliarios nostros relatam, tandemque ita transactam fuisse, uti Roggius promitteret intra diem constitutum effecturum se, quo Caesaris pecunia, ex chyrographo Ducis Borussiae debita, exolveretur, aut si id minus praestare posset, se redditum huc et actiones Caesaris, si quas adversus ipsum in iudicium deducere vellet, excepturum.

Postea vero, cum neque pecunia ante diem dictum praestaretur, neque Roggius, ut convenerat, iudicio se sisteret, nos ad Petri Caesaris peticionem non unis literis Roggium evocasse, sed id etiam frustra fuisse. Quae omnia tum quidem Serenitatis Regiae Vestrae Legatis significata recordamur. Consecutum est deinde, ut Petrus Caesar ius suum urgeret. Qua nos re moti, ad Illustrissimum Borussiae Principem Albertum Fridericum iterum atque iterum scripsimus ac monuimus officiose et amanter, ut literarum paternarum legitimam rationem haberet, neque famam optimi Principis propter tantillum argenti traduci pateretur, aut si id omnino faciendum non putaret, saltem Roggio iniungeret, quo fidem datam liberaret seque iudicio sisteret.

Ad quae modo dictus Borussiae Dux nobis inter caetera aliquando rescripsit: se quidem ab eo, quod peteretur, non esse alienum, oportere autem haec ad Serenitatem Regiam Vestram prius referri, quam decidetur in causa, atque sic futurum, ut, parva interiecta mora, responsum liberale ferremus. Id dum nos expectamus, integer annus et aliquot menses abiere, neque quicquam eiusmodi, etiamsi literis aliquoties missis moneremus, ex Borussia ad nos perscribitur. Orator sane Serenitatis

Regiae Vestrae anno praeterito quiddam Pragae de hoc negotio ad Sacram Caesaream Maiestatem retulit, idemque literas ad nos peculiariter scriptas misit, quibus nos respondimus, ut Regia Serenitas Vestra ex his adiuncto exemplo perspiciet.

Atque haec cum ita sint, neque ulla aut iuris aut aequitatis ratio permittat, ut alibi iudicium, quam ubi acceptum est, finiatur, intelligit nimirum pro insigni prudentia sua Serenitas Regia Vestra fieri non posse, ut contra legum praecepta, contraque datam a Roggio fidem, Petro Caesari mandemus causam suam in alienum forum transferre. Neque est, quod hoc in loco Serenitas Regia Vestra nos amicitiae paternae eiusque necessitudinis, quae nobis cum Duce Borussiae intercedit, admoneat. Ut enim amicitias et propinquitates nostrorum sancte colimus et sponte reveremur, ita meminisse nos oportet Principem, eundemque virum bonum, ponere personam amici, cum induit iudicis, neque amplius quid necessitudini dandum esse, quam per leges et honestatem liceat. Itaque sic animati sumus, ut in amicitia neque tribui nobis cupiamus, neque aliis tribuere id velimus, quod cum iniuria cuiusquam coniunctum aut exemplo perniciosum est, adeoque sanctum illud amicitiae nomen veneramur et suspicimur, ut nihil a vivis admittendum esse putemus, quod amicorum vita functionum existimationem et famam vel minimum etiam laedere videatur.

Praestet igitur quod promisit Roggius, ad iudicium desertum redeat, item inchoatam persequatur, satisdet ac doceat malis artibus extortum esse chyrophorum viri Principis, ex cuius etiam administris quidam non infimi nominis, literis iam antea ad nos missis, sancte testatus est. Illustrissimum Ducem Albertum piae recordationis non ante propria manu cautionem chirographariam, de qua agitur, subscriptisse, et maiori sigillo muniri iusisse, quam certior esset de toto negotio factus, sic ut illis, qui minimum affectibus tribuere hac in parte velint, liquido constare possit nihil fraudulenter, clam et invito Principe Alberto in chyrophorum illud relatum esse. Quod si Roggius huc se recipiet et fidem suam liberabit, iam nihil est, quod administrationi iustitiae obstet. Idque ut imperio et iusu Serenitatis Regiae Vestrae fiat, etiam atque etiam officiose rogamus.

Sin vero praetermissum hoc fuerit, quis est tam iniquus arbiter, ut et iustitiae cursum hac ratione impediri, et nos ex legum praeceptis facere neget? Quod Petro Caesari iam diu requisitum ius repressaliarum non abnuimus. Atque hoc dum fit a nobis, equidem recte et iure permittere fit. Ex adverso autem nulla iusta aut legitima causa subest, cur Serenitas Regia Vestra idem in nostros subditos statuendum sibi existimet, nisi vi pro iure et legibus uti malit. Quod profecto nos de iustitia et aequitate Serenitatis Regiae Vestrae ne suspicari quidem possumus. Quam optime valere et rerum prosperrimo successu uti cupimus. Datae Dresdae, die VI mensis Martii, anno MDLXXI.

Augustus, Dei gratia Dux Saxonie,  
Sacri Romani Imperii Archimarschallus et Elector,  
Landgravius Thuringiae,  
Marchio Misniae et Burggravius Magdeburgensis.

*Alia manu sub textu:* Augustus Dux Saxonie Elector.

*Annexum II: Augustus elector Saxonie oratori Polono [Lucae Podoski]  
apud imperatorem, 6.IV.1570.*

Venerabilis, nobis Dilecte.

Quae mandato Serenissimi Regis Poloniae, Domini et adfinis nostri

charissimi, de negotio Capitanei nostri Petri Caesaris ad Caesaream Maiestatem Pragae retulisti et ad nos peculiariter, missis simul Regiae Serenitatis ipsius ad nos literis de interceptis a Rege Daniae,<sup>1)</sup> ad fine nostro charissimo, speculatoribus, scripsisti, benigne perlegimus. Ac Serenitati ipsius ad ea hisce adiunctis literis amanter respondemus.

De debito autem Ducis Borussiae, cognati et adfinis nostri charissimi, quod Capitaneus noster<sup>2)</sup> a Dilectione illius exigit, persuasum omnino Serenissimo Regi Poloniae et Dilectioni ipsius esse debet: non solere nos vel proprio iudicio nostro, vel maiorum nostrorum exemplo, iniustis subditorum aut ministrorum causis patrocinari, tantum abest, ut quid gravius adversus Serenitatem illius, concessis repressaliis, decernere aut permittere velimus, nisi probabili et necessaria quadam iusticiae promovendae causa id facere cogamur. Caput autem huius controversiae est, quod optimus Princeps pater Ducis Borussiae, pie mortuus, Capitaneo nostro, honestis causis et benigna quadam erga illum affectione motus, pro duobus milibus talerorum et trecentis debitorem sese, datis obsignatisque literis, clementer constituit. Eam pecuniae summam cum iure suo a filio, Duce Borussiae, exigit, quidam isthic Capitaneo nostro iniquiores Consiliarii, aliis privatis in rebus forte ab illo offensi, solutionem hactenus impediunt, senectam nimirum et decrepitam aetatem (quae merito honoratior apud ipsos, praesertim qui plurimis longeque maioribus ab eo Principe beneficiis ornati et aucti sunt, quam Capitaneus noster esse debebat) inadvertiae et privatae cupiditati suae praetexentes.

Id quam illis laudabile sit, quos manibus optimi Principis parcere praecepit conveniebat, filio vero etiam, earum terrarum haeredi, honorificum apud intelligentes esse possit, tuum aliorumque affectione carentium est iudicium. Nobis certe exemplo grave esse videtur Principum fidem hisce praetextibus et artificiis in dubium vocare. Quapropter tu quoque pro prudentia tua procul dubio autor illis futurus es, ut utriusque Principis sui, tam vita functi quam superstitis, rationem habeant et beneficium, a Dilectione illius Capitaneo nostro benigne attributum, invidere illi cessent communique secum iure et gratia Principis illum frui sinant. Vale. Datae e Thermis Carolinis, VI Aprilis, anno MDLXX.

Oratori Poloniae.

1) *Fridericus II.*

2) *Petrus Caesar.*

N. 2146.

Varsaviae, 19.IV.1571.

*Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de litteris regis in negotio ducis ad imperatorem in manus oratoris regii  
[Lucae Podoski] brevi a se mittendis nuntiat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illusterrissime Princeps etc.*

Magnam voluntatem capio, quoties mihi offerri occasionem intelligo declarandi obsequia mea Illustrissimae Celsitudini Vestrae. Quod ipsum cum praeterea gratum Illustrissimae Celsitudini Vestrae accidere sentio, nihil est, quod me in vita magis delectare videatur. Nunc etiam dedi

operam, ut, quod vult Illustrissima Celsitudo Vestra, quam primum apud Maiestatem Regiam obtineretur. Itaque conscriptis literis ad Caesaream Maiestatem eo exemplo, quod Illustrissimae Celsitudini Vestrae mittitur, literas ipsas post diem fere tertium mittam in manus Reverendi Domini Oratoris Regiae Maiestatis, ut per eum ante adventum Domini Doctoris Ionae Caesareae Maiestati reddi queant.

Ipsi etiam Oratori etsi bis iam diligenter admodum negocium hoc nomine Maiestatis Regiae sit commendatum, tamen nunc quoque non praetermitto iterum atque iterum illi superiores commendationes renovare, nomine eiusdem Regiae Maiestatis. Et si qua praeterea in re opera mea servire hic potest Illustrissimae Celsitudini Vestrae, erit semper Illustrissimae Celsitudini Vestrae prompta atque expedita. Quod totum non dubito Illustrissimae Celsitudini Vestrae fore gratissimum... Datum Varsoviae, die XIX mensis Aprilis, anno Domini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor addictissimus  
Andreas Patricius Nideczki.  
b)

a)-b) *manu propria.*

N. 2147.

Varsaviae, 21.IV.1571.

*Franciscus Krasinski, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
miratur, cur negotia ducis aliis inusitatis itineribus, non per Cancellariam  
Regni, expediantur.*

*Sigill.*

*Iam ed. Akta Podkancl. II, CCCXXXIV.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Non magnopere habui hoc tempore, quod ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram scribebam, praesertim cum nullas ab ipsa accepissem literas. Pro meo tamen erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram studio facere non potui, quin Sacrae Regiae Maiestatis literis ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram hoc tempore perscriptis, meas quoque adiungerem. Equidem mirari quodammodo incipio Cancellariam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ab usitata consuetudine discedere et viam illam, temporibus Illustrissimi olim parentis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae tritisimam, relinquere, procurandi negotia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae usitatis itineribus per Cancellariam Regni, sed alia potius quaedam diverticula nova querere, aliena non solum a receptis moribus, sed etiam ab ipsa negotiorum ratione, quae negotia aliter nisi in Cancellaria expediiri recte posse non videntur.

In quo quidem magis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quam meam ipsius causam agi video. Mihi enim abunde est quod agam, etiamsi ad negotia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae non adhibeatur. Ipsius autem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae interest non implicari tot anfractibus

supervacaneis negocia ipsius, quae usitatis itineribus et rectius et citius  
videntur posse expediri... Datum Varsoviae, XXIa die Aprilis, anno Do-  
mini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor addictissimus  
Franciscus Crasinski, Regni Poloniae  
Vicecancellarius, subscpsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

N. 2148.

Varsaviae, 30.IV.1571.

*Fridericus Zaleski*

*Alberto Friderico in Prussia duci  
ob aegritudinem suam Ioannis Buchholtz, subditi ducis, negotium nondum  
se expedire potuisse nuntiat.*

(Germanice)

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2149.

Varsaviae, 1.V.1571.

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*mandatum pro civibus Soldaviensibus adversus Iudeos mittit; de negotio  
electoris Saxoniae [Augusti] melius edoceri cupid; transmittit exemplum litterarum regis in negotio ducis ad oratorem regium in Imperio.*

*Sigill.*

*Iam ed. Akta Podkanc. III, II.*

*(Annexum: exemplum litterarum Polonice scriptarum regis Poloniae  
ad Lucam Podoski, oratorem suum apud imperatorem, 28.IV.1571).*

*H B A, B 2, K.400.*

Illustrissime Princeps etc.

Libenter facio, ut omnibus in negociis Illustrissimae Celsitudinis Ve-  
stra operam meam navem. Verum cum id praeterea gratum Celsitudini  
Vestrae accidere intelligo, rapior ad omnia cum maiori sane animi mei  
alacritate. Quod cum ita sit, utetur Illustrissima Celsitudo Vestra assidui-  
tate studii istius mei per omnem occasionem et sibi ita persuadebit nihil  
mihi posse ab illa gratius contingere, quam cum me ad omnia ipsius  
negocia confidenter adhiberi intelligam.

Mandatum, secundum rationem pactorum communium pro Soldavien-  
sibus subditis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae adversus Iudeos con-  
scriptum, mitto Celsitudini Vestrae, quemadmodum voluit, ad veterem sub-  
ditis Celsitudinis Vestrae commerciorum libertatem restituendam.

De negocio quidem Electoris Saxoniae, de quo se Illustrissima Celsi-  
tudo Vestra diligentius ad me perscripsisse litteras peculiares significat,

non memini me eiusmodi literas videre. Quam ob rem recte fortassis fecerit, si iterum eadem repeti iusserset maioris securitatis causa.

Mitto et commissionem de privatis cum Domino Ilowski iniuriis cognoscendis. Ea Illustrissima Celsitudo Vestra utetur, quando voluerit.

Negocium quidem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quod illi cum Illustrissimo Domino Ioanne Alberto Duce Megapolensi intercedit, diligenter admodum Maiestati Regiae, Domino meo clementissimo, commendavi, et quod Illustrissima Celsitudo Vestra postulavit, perfeci, ut ea de re diligentissime ad Reverendum Dominum Oratorem,<sup>1)</sup> qui est in aula Caesareae Maiestatis, scriberetur nomine Regiae huius Maiestatis. Quod quidem totum ex exemplo literarum ipsarum, quod mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae, cognoscet. Literas quidem ipsas, una cum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad Doctorem Ionam literis, curriculo misi per tabellarios extraordinarios, ita ut non dubitem eas ad dominicam Iubilate perlatum iri. Quanto sumptu ea res confecta fuerit, postea Illustrissimae Celsitudini Vestrae perscribam, uti voluit... Datum Varsoviae, die prima Maii, anno Domini MDLXXI.

<sup>a)</sup> Illustrissimae Celsitudinis Vestrae servitor  
Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
ac Vicecancellarius Regni, subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) Lucas Podoski.

*Annexum: Sigismundus Augustus ad Lucam Podoski, oratorem suum apud imperatorem, 28.IV.1571.*

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae etc. Dominus et Haeres.

Venerabilis, Devote, Nobis Dilekte.

Poslal nam timi czasy Xięże Pruskie Iego Mcz dwa listy Cesarza Iego Mczi, do siebie pisane w tich czasiech, ktorimi listi Iego Ces. Mcz roskazuje Xiężeciu Pruskiemu, nieinacej iako albo poddanemu swemu, albo Xiężeciu iakiemu Rzeskiemu, aby sie Hanusowi, Xiężeciu Mekelburskiemu, koniecznie usprawiedliwil w tich rzeczach, ktorich sie u niego domaga, iakoby istnego i sprawiedliwego dlugu. Iako to wshytko wyrozmiecie z tichze samych listow Cesarza Iego Mczi, ktore, iako nam od Xiężecia Iego Mczi poslane są, tak ie my wam posylamy. Ostatek czoby do tei rzeczy nalezalo, wyrozumiecie z copyli listow tak Xiężecia Mekelburskiego do Xiężecia Iego Mczi Pruskiego, iako samego Xiężecia Pruskiego do Xiędza Podcanczlerzego. Ktore copie obie wam posylamy.

My zaprawdę tim listom Cesarza Iego Mczi przipatruiąc sie, wierzicz temu nie mozemy, aby z roskazania albo za wiadomością Iego Cesarskiej Mczi wydane bycz miały, gdiz Iego Ces. Mcz wiedziec dobrze raczy, iz Xięże Pruskie Iego Mcz ratione terrarum Prussiae, ktore od nas iure feudi obtinet, zadne inshei iurisdictionie, iedno nashei, nie podlega. A tak gdzieby kto inshy iurisdictionią iaką na nim rozcięgacz chcial, nie mnieszeby praeiudicium zwierzchnosczi nashei cynil, iako gdiby tez timze strichem kto poddanym Iego Ces. Mczi roskazowacz chcial. Prosciez tedi Iego Ces. Mczi, aby napotim takich listow, ktore są in praeiudicium zwierzchnosczi nashei, pisacz do Xiężecia Iego Mczi Pruskiego nie dopuszczal.

Item porozumiawshy sie z Doctorem Ionensem, poslem Xiężecia Iego Mczi, a przizwawszy do tego poslow Panow Markrabiovi Brandeburskich, daicie sprawę Cesarzowi I. Mczi, nie w iaki obyczai agnoscendae iurisdictionis Iego Ces. Mczi nad Xiężeciem Pruskim, ale amicabiliter iako

powinowatemu a bratu nashemu, okolo tei wshytkiei sprawy Mekelburskiego Xiążecia. Ktorą sprawę, acz krotko, z copiei listu Xiążecia Mekelburskiego i Xiążecia Iego Mczi Prusskiego poiącz mozecie, jednak dokładnie wshytko Doctor Ionas powiedziecz wam moze, ktori iei dostatecznie swiadom.

Dawshy sprawę, żądaicie Cesarza Iego Mczi, aby z zwierzchnosczi swoi Xiążeciu Mekelburskiemu poprzestacz tego roskazal, czego sie niesluchnie i niesprawiedliwie domaga. A iesliby sie iaką krziwdę od Xiążecia Prusskiego miecz mienil, tedy zeby iei nie gdzie indziei, jedno przed nami, directo terrarum Prussiae domino, dochodzil, zwlaszcza gdiz rzecz nie o czo inego idzie, jedno o to, czo wshytko Księstwa Prusskiego sie doticze.

Listy te Cesarza Iego Mczi, potrzebę tē tam odprawiwszy, Doctorowi Ionasowi oddaicie, zeby ie Xiążeciu Iego Mczi oddal. A okolo tego wshytkiego pilnosz ucyncie czo naiwietshą. Pro gratia nostra. Datum Varsoviae, die XXVIII Aprilis, MDLXXI.

*In dorso:*

Exemplum litterarum Regiae Maiestatis Poloniae ad Dominum Lucam Podosski, Oratorem apud Caesaream Maiestatem.

N. 2150.

Varsaviae, 1.V.1571.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci*

*scriptum ducis se regi tradidisse nuntiat; quaestiones in eo contentas a consiliariis regis disputatum iri; legationem a vicecancellario in aulam imperatoris expeditam esse significat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Durchlauchtigster etc.*

Mit erbittunge meiner gantz willigen und stets geflissensten dinste kan ich E. F. D., meinem gnedigen herrn, dinstlichen nicht vorhalten, dass ich E. F. D. auferlegten schriftlichen behelich und derselben gnedigen begeren nach die zeitunge, so mihr E. F. D. in gnaden zugeschicket, ihrer ko. mt., meinem allergnedigsten herrn, unterthenigk furgetragen undt auch zu lesen ubereicht habe. Welchs ihre ko. mt., wiwol dadurch wegen solcher ungehoffenter dinge hersslichen bewogen, gnediglichen hat angenomen undt solch E. F. D. wachen, aufmerckung und warnung mit sunderlichem gefallen beherziget, ferner vörtrestende, dasselbige den herrn redten und stenden der kron zu Polen, welche die itzyge woche zusammen kommen sollen und denen ess sunst zu wissen vonnoten, ahne aller seumnuss und aufschub zu eröffnen undt zu erkundigen und weiter sich beradtschlagen, wie mahn solchem furfalendem ungluck mocht fur der zeidt furkommen. Warinne alsdam ihre ko. mt., wass dieselbige in dem fall zue thuen gesinnet, E. F. D. zue borichten nicht wirdt underwegen lassen.

Wass auch die abfertigung ahn den hoff ihrer keyserlichen mt. thuet antreffen, thue ich E. F. D., meinem gnedigem herrn, dinstlichen zue wissen, dass der herr underkantzler<sup>1)</sup> seinen möglichen vleiss nicht gesparedt und wie ess am ersten hat können sein, nichts seumnende, abge-

fertiget, auch, wie ich vormercket, sich in allem gegen E. F. D. thuet erzeigen alss ein williger E. F. D. dinner und freundt. Solchs alles ich E. F. D., meinem gnedigen fursten und herrn, aus pflicht alss ein undertheniger E. F. D. dinner, darnach sich E. F. D., mein gnediger herr, ihn gnaden wirdt haben zue richten. dinstlichen nicht habe könen börgen.... Datum zu Warschaw den ersten tagk Maii dess laufenden 1571 jhares.

Ewer Furstlichen Durchlauchtigkeit  
undertheniger und dinstwilliger

a) Hans Dulski etc.  
mein egen handt  
subscrispit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Franciscus Krasinski*.

N. 2151.

*Varsaviae, 1.V.1571.*

*Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de diligentia sua in negotiis ducis expediendis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Nihil praetermissi ne nunc quidem earum rerum, quae ad celerem negociorum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae expeditionem pertinere videbantur, omnibusque aliis relictis rebus in id incubui, ut quae Illustrissima Celsitudo Vestra mihi imperat, et celerrime et rectissime conficerentur. Itaque uno interposito die post adventum cubicularii Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, omnia curata, confecta, missa denique sunt citissimis itineribus et ita Magistro Postarum commendata, ut ad diem constitutum Pragae esse possint. Et erunt sane, ut opinor, nam ego quoque privatum meo nomine calentia quaedam addidi postarum regiarum praefectis, ut tanto diligenter negotium et suscipiant et gerant et confectum reddant. Atque ideo quidem cubicularium ipsum hoc diutius retinui, quod videlicet illa mihi Pragensia negotia urgentiora esse videbantur. quae ante omnia curavi expedire in praesentia cubicularii Illustrissimae Celsitudinis Vestrae. Quod quidem meae servitutis genus, praeter alia, non ingratum fore Illustrissimae Celsitudini Vestrae valde mihi persuadeo... Datum Varsoviae, die prima Maii, anno Domini MDLXXI.

<sup>a)</sup> Quod attinet litteras Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, ad Reverendum Dominum Vicecancellarium<sup>1)</sup> scriptas de Illustrissimo Domino Electore Saxoniae<sup>2)</sup> eas ego non vidi, ac ne Reverendissimus Dominus quidem, nisi forte eas alii cuiquam reddiderit, non mihi.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor

Andreas Patricius Nideczki.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) *Franciscus Krasinski*.

2) *Augustus*.

N. 2152.

Varsaviae, 11.V.1571.

*Eustachius Wołłowicz, castellanus Trocensis, M.D.L. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Bohdanum Chreptowicz excolendi ingenii gratia ad ducem mittit eumque  
commendat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2153.

Pragae, 13.V.1571.

*Lucas Podoski, orator regis Poloniae apud imperatorem,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro munere sibi per oratorem ducis apportato gratias agit omnemque  
diligentiam in negotiis ducis expediendis pollicetur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Illustrissime Princeps etc.

Fretus singulari clementia et bonitate Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quae in hac aetate multorum praedicatione et laudibus celebratur, certo mihi semper pollicebar ea, quae hic per me apud Caesaream Maiestatem ex mandato Serenissimi Principis mei in eius negotiis acta sunt, illi fore gratissima. Quod cum iam et ex litteris et ex ipso Clarissimo Oratore<sup>1)</sup> abunde cognovi, accidit mihi valde gratissimum. Accessit praeterea ex liberalitate Illustrissimae Celsitudinis Vestrae munus amplissimum, quod ut minus fuit expectatum, ita magis gratum mihi obtigit. Quare eo nomine ingentes habeo gratias Illustrissimae Celsitudini Vestrae. Et quamvis (ut ingenue fatear) in tam fideli opera et singulari prudentia Domini Oratoris, quam in negotiis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae solet adhibere, vix ullus locus hactenus mihi fuit relictus, tamen, quod studium et voluntatem attinet, nunquam admisi, quin in omnibus, quae ad dignitatem et commodum tam Maiestatis Serenissimi Principis mei, quam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae pertinerent, praesto adessem. Quod deinceps etiam in omnibus negotiis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae facturum me recipio, ita ut intelligat me sui esse addictissimum et fidelissimum servitorem... Caetera omnia ex ipso Clarissimo Domino Oratore cognoscet Illustrissima Celsitudo Vestra. Datum Pragae, XIII Maii, anno Domini 1571.

<sup>a)</sup> Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor addictissimus  
Lucas Podoski, Serenissimi Regis Polonorum  
Orator.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Christophorus Ionas.*

Varsaviae, 26.V.1571.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,

Alberto Friderico in Prussia duci

explicationem ducis de practicis Cancellariae suaee acceptat; expensa in tabellarium ducis Pragam missum facta se praestitetur esse nuntiat; mittit exempla litterarum oratoris Poloni [Lucae Podoski] apud imperatorem.

Vest. sigilli.

Iam ed. Acta Podkanc. III, XLVII.

H B A, B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

Libenter sane in eo acquiesco, quod Illustrissima Celsitudo Vestra de nonnihil intermisso Cancellariae Suae ad me scribendi officio in literis suis perscribit. Quanquam me quidem, ut verum fatear, non silentium ullum, nec ulla cum iis communicatio, qui ad Cancellarium Regiae Maiestatis pertinent, offendebat, sed aliud quiddam, quod mihi suspicionem facere videbatur studia Cancellariae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae extra Cancellarium nostram inclinare. Alioqui secretarios, qui ad corpus Cancellariae regiae pertinent, et amo ipse et Illustrissimae Celsitudini Vestrae nunc etiam commendo.

Tabellarius, qui cum literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Pragam extra ordinem missus erat, ad tempus adfuit, quemadmodum quidem scribit Orator<sup>1)</sup> Sacrae Regiae Maiestatis. Quantus sumptus in eum tabellarium factus sit, etsi nondum mihi significatur Cracovia, tamen, quicquid id est, de eo nolo esse amplius Illustrissimam Celsitudinem Vestram solicitam. Ego enim totum hoc praestabo. Nec solum hoc, sed etiam cetera omnia, in quibus meum erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram studium possit apparere.

Interim ut videre possit Illustrissima Celsitudo Vestra, quo in loco sint negotia illius, quae in aula Imperatoriae Maiestatis proponuntur, quae mihi quoque ipsi magnae curae esse velim, ut sibi Illustrissima Celsitudo Vestra persuadeat, mitto ad illam exempla aliquot literarum<sup>2)</sup> Oratoris Sacrae Regiae Maiestatis ad Maiestatem ipsius perscriptarum, praetereaque responsum ipsum Sacrae Caesareae Maiestatis de negocio simultaneae investiture. Ex exemplis literarum Domini Oratoris etiam pleraque alia cognoscat, quae illi non ingrata fore existimo.

Commissionis literas remitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae emendatas... Datum Varsoviae, die XXVIa Maii, anno Domini MDLXXI.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor obsequentissimus

Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
ac Vicecancellarius Regni Poloniae, subscrisit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) Lucas Podoski.

\*) desunt.

N. 2155.

Nowa Wola, 26.V.1571.

*Michael Sumorok, aulicus regius,  
Venceslao Schack a Stangenberg, consiliario ducis,  
mittit Matthiam Łucki, castellani Trocensis [Eustachii Wołłowicz] servi-  
torem, ut pecudes eidem castellano promissas conducat.  
(Polonice)*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.400.

N. 2156.

Varsaviae, 26.V.1571.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras ducis se accepisse nuntiat et nova in eis contenta regi retulisse;  
litteras regis mittit (in Archivo desunt); equum bonum se duci missu-  
rum promittit; rogat, ut dux aliquem ex servitoribus suis mittat, qui  
eum equum tuto conducat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.400.

N. 2157.

Posnaniae, 27.V.1571.

*Albertus Pierzchliński, capitaneus Christburgensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de componendis controversiis, occasione quorundam fundorum in capita-  
neatu Christburgensi exortis.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.400.

**Illustrissime Princeps etc.**

Eandemque ignorare nolo accepisse me literas Illustrissimae Vestrae Celsitudinis, prima Maii ad me datas, ex quibus intellexi ea, quibus de subditis Sacrae Regiae Maiestatis, Domini mei clementissimi, oppidanis nempe Christburgensibus, tenutae meae, quasi illi antiquos limites Regni mutando, aliquantulum de territorio Illustrissimae Vestrae Celsitudinis adimere conentur, sese gravari sentit, prout latius ea omnia in literis eiusdem continentur. Ad quae Illustrissimae Vestrae Celsitudini pro meliore informatione paucis respondeo. Quod eo tempore, quo capitaneatus ille Christburgensis ex singulari gratia Sacrae Regiae Maiestatis, Domini

mei clementissimi, meae fidei et gubernationi commissus est, statim in mea praesentia oppidani illi Christburgenses mihi retulerunt fundum illum nomine Karls Garten, quem Dominus a Wallrodt (nescio quo iure), occupare et possidere praetendit, antiquo et legitimo iure ad castrum Christburg pertinere, prolatisque antiquis Dominorum Cruciferorum literis ac privilegiis, clare demonstrarunt eundem fundum semper in pacifica possessione illius castri fuisse, petieruntque a me, ne fundum illum a veteri possessione ac iure alienari a quoquam permetterem.

Idem quoque Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, per Iustratores, a Sua Regia Maiestate totaque Republica Regni Poloniae in Comitiis Lublinensibus deputatos, serio mihi mandavit atque iniunxit, ut summo studio providerem, ne fundi ad Regnum Poloniae pertinentes, praesertim in isto actu, quocunque modo aut praetextu ab eodem alienarentur. Id igitur ne fiat, me pro ratione officii mei exequi oportere Illustrissima Vestra Celsitudo facile intelligit. Neque aliquid novi eo in negotio hoc tempore est. Nam (ut relatum mihi est) Dominus a Wallerodt saepissime apud Magnificum Dominus a Zema piae memoriae, Palatinum olim Marienburgensem, de cessione illius fundi sollicitavit. Sed nihil impetrare potuit ea de causa, quod fundum illum iure legitimo ad castrum Christburgense pertinere asseruit, nec unquam praefatus Dominus a Zema praetendit se fundi illius possessionem ex speciali gratia Illustrissimi olim Principis, Domini patris Illustrissimae Vestrae Celsitudinis (divae memoriae), ad vitalitatem suae saltem personae obtainere. Post mortem vero Domini Palatini, idem Dominus Wallrodt ab Illustrissima Vestra Celsitudine Commissarios obtainuit, qui quidem etsi certis de causis iuri Sacrae Regiae Maiestatis nihil quicquam derogare potuerunt, tamen de consensu utriusque partis in hoc negotio tale decretum tulerunt, ut scilicet fundus praedictus Karlsgartte<sup>2)</sup> perpetuis temporibus manere debeat penes Dominos a Zema.

Quod vero attinet ad fundum alterum, Roszgartte, qui ad castrum Christburgense immediate et proprie pertinet et in possessione civium Christburgensium ex antiquo iure est, iniunctum fuit per Dominos Commissarios Domino a Wallerodt, ut demonstraret fundum illum oppidanis Christburgensibus oppignoratum esse. Quod quidem decretum Dominorum Commissariorum, sigillo munitum, ipsem apud eosdem oppidanos vidi et legi.

Quae quamvis ita acta sunt, certisque documentis ostendi possit possessionem fundi illius ad castrum Christburgense pertinere, nihilominus tamen ita cum Domino a Wallerodt conveni, ut ego pro mea persona a Sacra Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, ille vero ab Illustrissima Vestra Celsitudine certos Commissarios impetraret, qui, visis utriusque partis documentis et probationibus, de tota illa controversia certi aliquid statuerunt ac pronunciarent, hocque negotium iuxta praescriptum iuris inter nos componerent. Quod si fiet, erit mihi pergratum. Cupio enim ex animo Illustrissimae Vestrae Celsitudini servitia et obsequia mea in omni genere officii paratissima praestare ac cum subditis eiusdem firmam concordiam, amicitiam et bonam vicinitatem semper conservare.

Quod vero Illustrissima Vestra Celsitudo postulat, ut de negotio fundum illum Karbsgartte<sup>2)</sup> concernens,<sup>2)</sup> quem in suo territorio esse asserit, coram eadem, tanquam ordinario ac competenti iudice, cum Domino a Wallerodt agam, id quidem si privatum meum negotium esset, haud

graveate facerem. Quia vero res illa non ad meam personam spectat, rogo, ne Illustrissima Vestra Celsitudo aegre ferat me eidem in eo momen gerere non posse. Nam sine voluntate Sacrae Regiae Maiestatis aut eiusdem Commissariorum, ad id deputatorum, in eo negotio nihil mihi agere licet. Si tamen certos Commissarios suos Illustrissima Vestra Celsitudo ad diiudicandum hoc negotium ratione limitum deputare voluerit, ego quoque ratione officii mei dabo operam, ut a Sacra Regia Maiestate, Domino meo clementissimo, certi quoque Commissarii absque omni dilatione ordinentur, de quorum sententia controversia illa decidi et ad bonum finem deduci possit... Datum Posnaniae, 27 Maii, anno 1571.

Illustrissimae Vestrae Celsitudinis

a) humillimus servitor

Albertus Pirslinsky, Capitaneus Christburgensis etc.,  
manu propria.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

z) sic in ms.

N. 2158.

Varsaviae, 10.VI.1571.

*Nicolaus Christophorus Radziwiłł, M.D.L. curiae marsalcus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de intercessione sua in negotio baronum a Dohna, ut in pacifica possessione  
bonorum, in Livonia acquisitorum, permanere possint.*

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

Illustrissime Princeps, accommodantes nos voluntati et desiderio Illustrissimae Dominationis Vestrae, quod res Generosorum Dominorum Baronum a Don non videbatur accuratam sollicitacionem apud Sacram Regiam Maiestatem requirere, eo quod per se plana et iusta sit, egimus tantum cum Domino Vicecancellario Regni<sup>1)</sup> et aliis, ut mandatum contra turbatores rerum Dominorum a Don extraderetur, id quod facile imperatur est. Ex quo non dubitamus Generosos Dominos a Don in pacifica possessione bonorum, in Livonia acquisitorum, permansuros et optato fructu intercessionis Illustrissimae Dominationis Vestrae fructuros. Cui omnia officia et gratificandi studium declarare non solum in hac re, sed per omnem occasionem in maioribus sumus paratissimi... Datum Varsaviae, die decima Iunii, anno Domini 1571.

a) Illustrissimae Dominationis Vestrae  
ad omnia servitia paratissimus<sup>b)</sup>

Nicolaus Christophorus Radziwiłł, Dux in Olica  
et Nieswisz, Comes in Sydłowiecz, Magni Ducatus  
Lithuaniae Curiae Marsalcus,  
a) manu propria subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) manu propria.

1) Franciscus Krasiński.

*N. 2159.*

*Varsaviae, s.d. VI.1571.*

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
causam baronum a Dohna in Livonia se omni studio promovere nuntiat.  
(Cum schedula)  
(Germanice)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.400.*

*N. 2160.*

*Ławkożemy, 17.VI.1571.*

*Martinus Radzyński  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de damnis et iniuriis, sibi et subdito suo a praefecto arcis Grobin illatis,  
conqueritur et rogat, ut sibi indilata iustitia administretur.  
(Polonice)  
Sigill.  
H B A, B 2, K.400.*

*N. 2161.*

*Varsaviae, 6.VII.1571.*

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
equum ad venationes aptum dono mittit.  
(Germanice)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.400.*

*N. 2162.*

*Lublini, 17.VIII.1571.*

*Ioannes Tęczyński, castellanus Wojnicensis, capitaneus Lublinensis.  
Alberto Friderico in Prussia duci  
a duce rogatus, ut ei cornua cervorum et equos gradarios mittat, respon-  
det se nunc eiusmodi cornua et equos non habere, sed postea, cum  
habuerit, missurum esse.  
Sigill.  
H B A, B 2, K.400.*

Viennae, 20.VIII.1571.

*Lucas Podoski, regis Poloniae orator apud imperatorem,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de studio suo et diligentia in negotiis ducis expediendis; de negotio feudi  
Bohemici; de morte Petri Caesaris; de classe Hispanica cum Veneta  
coniuncta etc.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

**Illusterrissime Princeps etc.**

Quod Illustrissimae Celsitudini Vestrae studium, diligentia atque qualsunque opera mea in promovendis eiusdem apud Sacram Caesaream Regiamque Maiestatem nomine Serenissimi Regis Poloniae, Domini mei clementissimi, negotiis grata ac iucunda acciderit, vehementer laetor nihilque dubito Illustrissimam Celsitudinem Vestram, quemadmodum se gratiouse in suis proxime ad me datis offerre dignata est, me in numero addictissimorum et sui studiosissimorum servitorum conservaturam suaque gratiosa benevolentia prosecuturam fore. Quamvis, ut verum fatear, ad ea, quae abs me profecta sunt, non parum accessionis attulisse videtur non modo praesentia, industria ac summa vigilancia Clarissimi Domini Christophori Ionae, Illustrissimae Celsitudinis Vestrae Oratoris, sed etiam sollicitudo ac diligens in iis, quae ad hoc negotium perficiendum a Serenissimo Rege nostro requirebantur, informandis perscribendisque studium Reverendi Domini Andreae Patricii,<sup>1)</sup> eiusdem Sacrae Regiae Maiestatis Secretarii. Uterque enim tantum pro singulari in Celsitudinem Vestram studio praestitit, ut minore labore ac difficultate universa abs me suscipientur. Quod itaque tunc Illustrissimae Celsitudini Vestrae praecatus sum, ut non modo ea, quae a nobis pro voto et animi ipsius sententia confecta sunt, fausta ac foelicia durabiliaque forent, sed etiam ut omnia eodem modo Celsitudini Vestrae in posterum succederent, idem nunc ex animo praecor iterum et opto. Atque ipsi maximas ago habeoque gratias pro tam diligenti ac gratiosa apud Serenissimum Regem Poloniae, Domum meum clementissimum, commendatione. In me profecto quicquid erit ingenii, studii aut diligentiae, id omnibus in locis nunquam Illustrissimae Celsitudini Vestrae ad quaecunque sane ipsius negotia deesse patiar, et praecipue hic apud Sacram Caesaream Maiestatem, ubi maior mei studii testificandi videtur se offerre occasio.

Quantum ad faecuda<sup>2)</sup> Bohemica, egi nuper cum Sacra Caesarea Maiestate, a qua tale responsum accepi: Bohemos summopere omnes novitates vitare, neque Suam Maiestatem illis autorem esse velle ad aliquid contra veteres leges et consuetudines innovandum. Proinde inquisitum in Archivio Regio Pragensi diligenter fuisse, an aliquod ex antiquis faeudorum privilegiis inveniretur, ad cuius exemplum vel imitationem hoc Celsitudini Vestrae concederetur, verum hucusque nihil repertum esse. Unde facile Celsitudo Vestra colligere potest animum Sacrae Caesareae Maiestatis, alioquin satis propensum, Consiliariorum Regni, suis iuribus et consuetudinibus innitentium, iudiciis in diversum trahi. Proinde quid porro faciendum sit, consilia inire poterit ac me certiorem facere de sua voluntate.

Responsa a Dominis Consiliariis ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram nondum recipere potui. Simul atque recepero, qua maxime potero diligentia remittam.

De morte Petri Caesaris, qui mense Martio in Termis Carlsbad a quodam inimico suo trucidatus est, iam pridem Domino Doctori Ionae perscripsi.

Classis Hispanica cum Veneta creditur iam hactenus esse coniuncta. Altera civitas Cypri<sup>a)</sup> primaria, Famaugusta dicitur, strenue obsidionem Turcicam sustinere.

Ad nuptias,<sup>2)</sup> quae ad futuram dominicam celebrabuntur, iam invitati Principes conveniunt. Sponsa cum utroque parente ad 24 est ventura...

Datum Viennae, XX Augusti, anno Domini 1571.

b) Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
addictissimus servitor  
Lucas Podoski.<sup>c)</sup>

a) in margine scriptum.

b)-c) manu propria.

1) Nidecki.

2) sermo est de nuptiis archiducis Caroli,  
f. Ferdinandi I, cum Maria, f. Alberti V  
ducis Bavariae.

z) sic in ms.

N. 2164.

Varsaviae, 21.VIII.1571.

Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,

Alberto Friderico in Prussia duci

contentum se esse scribit, quod equus a se missus duci placuit; brevi meliorem se missurum promittit; pro equo a duce sibi misso gratias agit.

(Germanice)

Vest. sigilli.

H B A, B 2, K.400.

N. 2165.

Varsaviae, 21.VIII.1571.

Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,

Alberto Friderico in Prussia duci

per [Martinum] Kwiatkowski ducem certiores reddit de obitu regis Hungariae [Ioannis Sigismundi], qui regi Poloniae, reginae Sueciae et duabus aliis eorum sororibus opulenta dona testamento legavit. Ob aegritudinem suam acta tractatus Stettinensis postea se esse missurum nuntiat.

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Durchlauchtiger etc.

Nach wunschung gottlicher gnaden, langwirigem, gesundem leben und gluckseliger regirung neben erbittung meiner alzeit willigen dinste, hab ich nicht underlassen und vorbeigehen können, E. F. D. mit meinem geringen zu ersuchen, nachdem mir gewisse und gelegene botschaft, als nemlich der edle und ehrentveste herr Quotkowksi furgefallen und mich in meiner kranckheit ersucht, damit kurtzlich E. F. D. zu vorstendigen

(doch zweifel ich nicht, E. F. D. sei wissentlich, das ko. mt. zu Ungern in Gott vorschiden). Nachdem seine ko. mt. aber vorschieden und ko. mt. zu Polen, meinem allergnedigsten König und herren, in seiner hinfarth beschieden und vormacht etliche geschenck, die dann ir ko. mt., mein gnedigster herr, durch iren abgefertigten, den hochgeborenen woywoden<sup>1)</sup> aus Podolia, holen lassen, das nun auch durch Gottes hulfe alhir ankommen und solche geschenck mit im gebracht, welche auf 200000 ungerische gilden geschatzet, ahne die geschenck, so der königen zu Schweden und irer beiden andern schwestern<sup>2)</sup> geschicket worden.

Und weilen dann nun auf E. F. D. bitten und begeren die acten, so zu Stettin vorhandelt, zum ende ausgeschrieben und ich itzt durch diese meine kranckheit (wie den E. F. D. weitern muntlichen bericht von dem herren Quetkowski entpfangen werden) vorhindert, also das ich sie E. F. D. auf dismahl nicht zusenden können. Mit bitt, E. F. D. wollen mich hirin entschuldiget nehmen; alsbalt ich aber werd können solchs zuwegen bringen, ich sie E. F. D. mit den ersten zusende. Hette E. F. D. auf dismahl gerne weitleuftiger geschrieben, aber solches wegen meiner kranckheit underwegen lassen mussen... Datum Warschau den 21 Augusti anno 1571.

E. F. D.

alzeit williger

a) diener

Johannes Demetrius Solikowski

Serenissime Regie Maiestatis Secretarius subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Nicolaus Mielecki.*

2) *sorores Catharinae Jagellonicae, reginae Suetiae, uxoris regis Ioannis III: Sophia, uxor Henrici ducis Brunsvicensis, et Anna.*

N. 2166.

Varsaviae, 12.IX.1571.

Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de Petro Caesare in Thermis Carolinis (Cartipotensibus) caeso.

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

N. 2167.

Vienna, 28.X.1571.

Lucas Podoski, regis Poloniae orator apud imperatorem,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de insigni victoria ex Turcis reportata; de negotio investiturae Bohemicae; de Comitiis Hungaricis ad proximum mensem Ianuarium reiectis;  
de cardinali Commendone, nomine pontificis ad foedus contra Turcam ineundum sollicitante.

Sigill.

H B A, B 2, K.400.

Illustrissime Princeps etc.

Putavi esse officii mei, ut tam laeti nuncii de insigni victoria<sup>1)</sup> ex

Turcis parta et classe eius tam numerosa plane ad internecionem profligata, Illustrissimam Celsitudinem Vestram facerem participem. Quare hoc, quod Venetiis ad Caesaream Maiestatem perscriptum est, Illustrissimae Celsitudini Vestrae mitto.”

Quod negotium investiture Bohemicae attinet, post responsum Caesareae Maiestatis, in quo declaravit se ea de re nihil certi posse statuere, nisi prius aliquo exemplo constare possit tales investitures alicui ex familia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae fuisse concessas, nihil plane denuo per me tentatum vel replicatum fuit, quandoquidem nihil etiam postea mihi fuerit commissum.

Comitia Ungarica, quae pro festo Sancti Martini indicta fuerunt, ad mensem Ianuarium sunt reiecta. Interea Turcae ab excursionibus, quibus antea insolentius studebant, videntur esse et fore deinceps quietiores.

Cardinalis Commendonus nomine Pontificis<sup>2)</sup> solicitat Imperatorem ad ineundum commune foedus adversus Turcam. Quid effecturus sit, nondum possumus certo coniicere...

Datum Viennae, 28 Octobris, anno Domini 1571.

a) Eiusdem Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
addictissimus servitor  
Lucas Podoski.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *apud Lepantum reportata.*

2) *Pius V.*

\*) *deest.*

N. 2168.

Varsaviae, 31.X.1571.

*Ioannes Dulski, capitaneus Bransensis, etc.,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Michaelo Blumstein, cubiculario regio, et fratre eius, ut in bonis  
suis hereditariis pacifice residere possint.*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2169.

Varsaviae, 31.X.1571.

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*acta tractatus Stettinensis mittit; pro Michaelo Blumstein intercedit. ut  
bonis suis hereditariis uti possit. (Annexa desunt).*

*(Germanice)*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2170.

Varsaviae, 31.X.1571.

*Valentinus Dembiński, R.P. cancellarius,*

*Ioanni a Kreitzen*

*nomine regis commendat Michaelem Blumenstein (vel Blumstein), regis  
cubicularium, causam de hereditate in Ducatu Prussiae habentem.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

N. 2171.

Varsaviae, 28.XI.1571.

*Valentinus Dembiński, R.P. cancellarius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*duci de appellationibus ab iurisdictione sua querenti respondebit, moris  
antiqui in Cancellaria Regni esse, nemini postulatas citationes quas-  
cunque negare.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Illustrissime Princeps etc.

Quae mihi nuper ab Illustrissima Celsitudine Vestra satis prolixæ ac dolenter etiam perscripta sunt, de evocatione scilicet subditorum suorum Nobilium Finkow ab iurisdictione Illustrissimæ Dominationis Vestrae, tum de constitutis finibus per Magnificum Dominum Palatinum Culensem,<sup>1)</sup> Commissariis Illustrissimæ Dominationis Vestrae non expectatis, satis bene perspexi ac non sine gravi animi mei perturbatione legi, maxime quod Illustrissima Dominatione Vestra de primo huius iniuriae sua, si quae est, capite in meam Cancellariam conquaeritur, quod ex ea haec ipsa evocationis cito sit profecta. Et vero, si de industria et destinatae cupiditatis violandæ aut quoquomodo labefactandæ iurisdictionis Illustrissimæ Dominationis Vestrae studio haec facta fuissent, haberet utique Illustrissima Celsitudo Vestra iustum eius quaerelæ rationem. Et ego, aut Cancellariae meae administri, vacare culpa non possemus, si quid contra iura et foedera ista, quae Illustrissimæ Dominationi Vestrae cum Serenissimo Rege nostro et inclito suo Regno intercedunt, scientes aut volentes admitteremus.

Verum iuris morisque perpetuo hoc in Regno usurpati Illustrissima Celsitudo Vestra esse sciatis, cito quasvis nemini in Cancellaria Regni negari solere, ac ne debere quidem, cum sit hoc pervium et a legibus publicis omnibus permisum remedium. Sed neque etiam in Cancellariis nostris cito quasvis scribuntur, tantum signantur quacunque verborum serie perscriptae, modo inscriptionem regii nominis et datam sui temporis præ se ferant. Recte autem an perperam fuerint profectae,

iudicium subsequens coaguit. Nam si error aut culpa aliqua in eis deprehenditur, reiciuntur tales cttationes, et poena insuper a iure sancita multantur ii, qui eas protulerint. Sed et reliquus omnis iudicarius progressus, si quis ex talibus erroneis citationibus obtineretur, ipso iure fit irritus et nihil lucri adfert praeter poenas et damna. Pari ratione iis quoque evenire oportebit, qui citationes istiusmodi contra ius fasque atque adeo foedera ipsa in subditos Illustrissimae Dominationis Vestrae destinaverint. Non iurisdictioni Illustrissimae Dominationis Vestrae, aut illius vasallis, sed sibi potissimum facto isto nocebunt. Sed quominus haec irritato iet divexatio minus necessaria in posterum fiat, dabitur a me opera, et Cancellariae administris serio iniungam, ne posthac ulla eiusmodi cttationes emanent, quantumvis licet aliorum preces id a nobis flagitaverint. Uni siquidem Illustrissimae Dominationi Vestrae, ac in primis honestati et aequitati ipsi hac in parte inserviendum est ac ita providendum, ne unquam ullam iustae querelae occasionem de nobis Illustrissima Dominatio Vestra habeat. Vellem namque, ut olim Illustrissimo parenti Celsitudinis Vestrae Illustrissimae consueveram, ita quoque non minus ipsimet Illustrissimae Dominationi Vestrae omnia studia et officia mea approbem ac illius benevolentiam, quam liceat mihi, conciliem.

Quod vero attinet limites illos extra normam pactorum, absentibus Delegatis Illustrissimae Dominationis Vestrae, per Commissarios regios, et ipsum in primis Dominum Palatinum Culmensem factos, non probabat hoc illius studium praeposterum Maiestas Regia. Cum haec ipsa illi, ut gesta et ab Illustrissima Dominatione Vestra perscripta nobis sunt, refferremus, et recte esse mandato Illustrissimae Dominationis Vestrae disiectos iudicavit, posthac ne quid simile Dominus Palatinus aut caeteri suo exemplo tentent, et ipsius facti temeritas et Regiae Maiestatis etiam autoritas, quae hic serio interponetur, eos facile avocabit... Datum Warschaviae, die XXVIII Novembris, anno Domini 1571.

<sup>a)</sup> Illustrissime Dominationis Vestre  
servitor ex animo  
Valentinus Dębynsky de Dębyany,  
Regni Poloniae Cancellarius, manu sua.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

1) *Ioannes Działyński.*

*N. 2172.*

*Varsaviae, 30.XI.1571.*

*Andreas Patricius Nidecki, archidiaconus Vilnensis, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras ad ducem, a Luca Podoski oratore ad imperatorem sibi missas,  
transmittit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

Varsaviae, 2.XII.1571.

*Franciscus Krasinski, R.P. vicecancellarius,  
 Alberto Friderico in Prussia duci  
 de negotio appellationum a iurisdictione ducis ad regem et de invaliditate  
 limitum per palatinum Culmensem, sine commissariis ducis, definitorum.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.400.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Redditae mihi sunt binae Illustrissimae Celsitudinis Vestrae litterae, quarum alteras Maiestati Regiae legi, ac eius Maiestatem plene de iis negociis, de quibus eius Maiestatem Illustrissima Celsitudo Vestra compellat, edocui et informavi. Alterae ad me eiusdem argumenti fuerunt. Quo autem animo Sacra eius Maiestas erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram existat ac quam paterne in hanc curam incumbat, ut ne Illustrissimae Celsitudinis Vestrae iura, quae tam antiquis pactis, quam novissima ordinatione nituntur, vel minimo labefactentur, etsi hoc Illustrissima Celsitudo Vestra tam ex priore optimae eius Maiestatis erga se voluntatis significatione perspexit, quam ex iis, quibus nunc eius Maiestas Illustritati Vestrae respondet litteris, agnoscit, tamen et ego sancte hoc affirmare possum eius Maiestati nihil esse antiquius, quam ut iura ac libertates illius, secundum foederum ac ordinationum praescripta, integre ac inconcusse conserventur.

Nam quod ad citoationes, quibus Illustrissimae Celsitudinis Vestrae subditi ad Maiestatis eius tribunal in quibusunque causis, sine discrimine et observatione exceptionis factae, evocantur, negari quidem non potest factum id esse a pluribus, ut ex litteris Illustrissimae Celsitudinis Vestrae et ex hoc postremo citoationis exemplo, quae ex parte Magnificarum Dominarum a Sieprcz Dominis Finckis ad prosequendam appellationem missa est, appareat, sed non sane volente Regia Maiestate, vel etiam scitu meo, id factum esse Illustrissima Celsitudo Vestra confidat, verum potius a non plena consideratione articulorum, Illustrissimae Celsitudini Vestrae relictorum, profectum esse, in altera praesertim Cancellaria, ubi rerum Prussicarum rario expeditio contingit.

Cum autem Sacra Regia Maiestas aequum esse iudicet, ut ne ea causa per tot iudiciorum ac sententiarum gradus, in terris Illustrissimae Celsitudinis Vestrae observari solitos, agitata ac postremo per decretum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae determinata, per eam appellationis evocationem in dubium ullo modo vocari possit, non est permissura<sup>a)</sup> eius Maiestas, ut hic in curia Maiestatis eius de ea nova aliqua cognitio instituatur, sed ad decretum, iam ab Illustrissima Celsitudine Vestra factum, partes remissa. Nec iam opus est, ut Illustrissima Celsitudo Vestra hoc nomine ulla sollicitudine affiliatur, vel quenquam huc termini attentandi causa mittat.

Ne autem pluribus eiusmodi exemplis Illustrissimam Celsitudinem Vestram ac subditos illius deinceps quisquam subditorum eius Maiestatis perturbet, erit mihi magnae curae. <sup>b)</sup>Quod idem et Magnifico

Domino Cancellario Regni,<sup>1)</sup> collegae meo, a Maiestate Regia serio iniunctum est,<sup>c)</sup> quod eum sedulo provisurum esse non dubito.

In altera causa limitum inter Gnoiensie et quosdam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae subditos in districtu Soldaviensi, Magnifici Domini Palatini Culmensis<sup>2)</sup> factum <sup>b)</sup> Maiestas Regia magna indignatione accepit,<sup>c)</sup> cum actus illi commissariales, praesertim intercurrentibus legitimis impedimentis, non soleant nec debeant absente altera parte exerceri. Dabitque hoc nomine eius Maiestas ad ipsum literas, quibus eius hoc factum sibi non placere ostendet ac eum sui officii in posterum admonebit, ne quid ab eius parte admittatur, iuribus, privilegiis ac libertatibus, imo et dignitati Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, contrarium.

Atque ut ea quidem, quae mihi nunc Illustrissima Celsitudo Vestra iniunxerat, apud Maiestatem Regiam diligenter promovi, ita et in aliis, quae ad amplitudinem dignitatis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ac iurium eius integritatem tuendam ac conservandam spectabunt, non patiar in me ullum prompti ac benevolentis servitoris officium desiderari... Varschoviae, secunda Decembris, anno Domini MDLXXI.

<sup>d)</sup> Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor

Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis  
ac Vicecancellarius Regni, subscriptus.<sup>e)</sup>

a) *sequitur expunctum: est*

b)-c) *verba linea subducta, et in margine: N.*

d)-e) *manu propria.*

1) *Valentinus Dembiński.*

2) *Ioannes Działyński.*



1572

N. 2174.

*Varsaviae, s.d. 1572.*

*Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius.*

*Ducatus Prussiae consiliarii*

*pro fratribus Gnoiński intercedit in negotio regundorum finium inter bona eorum et quorundam subditorum ducis in districtu Soldaviensi (Dzialdoviensi).*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

Magnifici Domini etc.

Nobiles Domini Gnoinszczi, fratres germani, consanguinei mei, subditi Sacrae Regiae Maiestatis, impetrarunt non ita pridem commissionem Regiae Maiestatis in negocio finium regundorum, vel potius continuandorum, inter certa bona ipsorum et quorundam nobilium iurisdictionis Illustrissimi Domini in Prussia Ducis, in capitaneatu Dzialdoviensi consistentium, haereditaria. Quod quidem negocium finium etsi iam ad effectum suum deductum tum esset per eosdem Dominos Commissarios regios, tamen officiales Illustrissimi Domini Ducis, et praesertim Dzialdovienses, constitutioni sive ordinationi Commissariorum Regiae Maiestatis, uti legitime et de iure factae, stare et parere noluerint, cum autem ex scriptis et actis commissarialibus appareret hanc commissionem Regiae Maiestatis et rite et de iure esse factam et peractam, eaque nihil aliud queritur a dictis Dominis consanguineis meis, quam quod ipsorum proprium est, peto itaque a Dominationibus Vestris Magnificis maiorem in modum, velint autoritate et potestate, quam habent apud Illustrissimum Principem suum, providere atque efficere, quo hi consanguinei mei circa hanc iustissimam constitutionem Dominorum Commissariorum regiorum, de limitibus controversis inter subditos Illustrissimi Principis et consanguineos meos factam, gratiouse ab Illustrissimo Principe vestro conserventur et tueantur. Lapis etiam limitaris cruce signatus, quem officiales Dzialdovienses in oppidum Dzialdow Illustrissimi Principis vestri vi abduixerunt, ut restituatur consanguineis meis, etiam atque etiam rogo. Facturae sunt mihi Dominationes Vestrae Magnificaes rem quam gratissimam et aequitati ipsi peracomodatam. Consanguinei mei vero omnibus officiis

erga ipsas demereri semper studebunt... Datum Varschaviae, die <sup>a)</sup> mensis <sup>a)</sup> anno Domini 1572.

<sup>b)</sup> Magnificarum Dominationum Vestrarum  
amicus addictissimus <sup>c)</sup>

Franciscus Crasinski, Praepositus Plocensis,  
Archidiaconus Varschaviensis et Regni Poloniae  
Vicecancellarius, <sup>b)</sup> manu sua subscrispsit.<sup>c)</sup>

a) *spatium vacuum.*

b)-c) *manu propria.*

N. 2175.

Varsaviae, s.d. 1572.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
fratres Gnoiński, negotium de finibus cum quibusdam subditis ducis  
habentes, commendat.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2176.

Varsaviae, 12.I.1572.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Ioannem Skotnicki, consanguineum suum, commendat.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2177.

Varsaviae, 27.I.1572.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
regem cum scripto, tum per Venceslaum Schack, ad litteras ducis respon-  
surum esse nuntiat.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2178.

Cnissini, 8.III.1572.

Stephanus Bielawski, capitaneus Cnissinensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Clementem Makarowicz, civem Gonesiensem, commendat, cui Laurentius  
von Halle, capitaneus Olecensis, pecuniam restituere non vult.  
(Polonice)

Vest. sigilli.

H B A, B 2, K.401.

*Niedźwiadna, 16.III.1572.*

*Casparus Itowski, palatinides Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de iniuriis et damnis, a capitaneo Ioannisburgensi sibi illatis, conqueri-  
tur et rogat, ut sibi pro eis iustitia debita administretur.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Etsi mihi nihil dubii sit Illustritatem Vestram et superioribus<sup>a)</sup> litteris meis atque ex actorum autentico compendio totius tractatus seriem negotii mei satis superque perspexisse intellexisseque, quot et quanta iniuria damna et detrimenta, et quam plurimis temporibus, a Capitaneo Illustritatis Vestrae Ioannispurgensi aliisque finitimis subditis ibidem passus sim, et ad hoc usque tempus cum summo animi mei dolore atque merore habeo atque fero, cum vero iis in rebus ab Illustritate Vestra responsi<sup>b)</sup> habuerim, ne alliquid ulla ex parte mea tentarem ac preseferem,<sup>c)</sup> quo ultra ad violationem publicae tranquillitatis labefactionem occasio daretur, sed ut potius iure cum praedicto Capitaneo et alis complicibus subditis Illustritatis Vestrae convenientem, ubi Illustritas Vesta literis suis benigne mihi pollicita est operam adhibitaram fore, quo de tam multis variisque iniuriis atque damnis sine ulteriori mora iustitiam debitam obtinerem.

Cuius quidem admonitioni perlibenter adherendum putavi nihilque talle<sup>d)</sup> tentavi, verum pro tempore serio subditis meis iniunxi, ne ullam poenitus occassionem committerent aliquid talle contrahendi litigandique. Cum vero non ita pridem ultra omnem spem supradictus Capitaneus iterum armata manu eques in bona mea propria hostilem incursionem, cum non parvo commitatu, commisisset ibique omnia frumenta ibidem in fundo meo, nullo habito respectu neque mei subditorumque meorum, frivole, quibuscunque viis atque modis potuit, equitando ac cursu equorum eradicasset in nihilumque poenitus reddisset,<sup>e)</sup> quam plurimos equos meos deduxisset, contra omnem aequitatem atque bonae vicinitatis observationem, idque iussu Illustritatis Vestrae proprium commissum esse mihi significasset, cuius sinistrai narrationi minime locum dandum putavi, denuo itaque Illustrati Vestrae tam magna intollerabiliaque iniuria<sup>f)</sup> atque damna nunc iterum in me commissa offero. Quam enixe obsecro petoque, Illustritas Vestra ex innata sua erga subditos Sacrae Regiae Magestatis benignitate atque clementia, eam et erga me benignitatem declarare vellit, ut de tantis iniuriis atque damnis, antea saepissime et nunc denuo a Capitaneo praedicto obtentis, iustitiam debitam habere possim.

Praetereaque et id in praeiuditium et damnum meum praedictus Capitaneus facere conatur minis et iniunctionibus suis apud subditos nonnullos Illustritatis Vestrae, quibus nonnulla frumenta vendidi et concredid<sup>g)</sup>, ut ad solutionem debitam iuxta tempus constitutum pervenire non possum.<sup>h)</sup> Quam quidem gratiam atque benignitatem omnibus tem-

poribus servitiis meis paratissimis promererit Illustritati Vestrae studebo.  
Datum in Niedzwiedzne, die 16 Martii, anno 1572.

Illustritatis Vestrae paratissimus  
Caspar Howski, Pallatinides Plocensis,  
manu propria scripsit.

a) in ms. superibus  
z) sic in ms.

N. 2180.

Varsaviae, 25.III.1572.

Franciscus Krasiński, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras salvi conductus pro Wobesero mittit; ad alia ducis negotia regem  
per Venceslaum Schack responsorum esse significat.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2181.

Varsaviae, 19.IV.1572.

Ioannes Firlej, palatinus Lublinensis, R.P. supremus marsalcus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
causam retentionis certorum artificum monetariorum ducis explicat pro-  
posito regio novae monetae cudendae.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Honestos et Egregios viros, Ioannem Gibelium et Ioannem Stepelium,  
monetarios Illustrissimae Dominationis Vestrae, qui huc Varsoviam cer-  
torum suorum negotiorum conficiendorum causa venerant, Sacra Regia  
Maiestas, Dominus noster clementissimus, me auctore diutius, quam illi  
constituerunt, hic detinuit idque propterea, ut illi, quod iam praestiterunt,  
coram eadem Maiestate Regia artificii sui opera aliqua ederent. Statuit  
enim ipsius Maiestas, ut ex horum Comitiorum, quae nunc agit, publico  
decreto nova moneta cudatur. Itaque quoniam eius illorum diuturnae  
commorationis ea, quam scribo, sit causa, cuius ego auctor fui et nunc  
apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram locuples testis sum, non du-  
bito, quod ea res nihil<sup>a)</sup> sit offensionis apud Illustrissimam Dominationem  
Vestram allatura. Ac nunc quidem Regiomontem Ioannes Stipellius re-  
vertitur, Gibelius vero propter idem novae monetae cudendae negotium  
a Maiestate Regia hic adhuc remoratus est. Et huius igitur retentionem  
Illustrissimam Dominationem Vestram aequo animo laturam esse con-  
fido... Datum Varsoviae, die XIX mensis Aprilis, anno Domini MDLXXII.

<sup>b)</sup> Illustrissimae Dominationis Vestrae  
amicus et servitor paratissimus<sup>c)</sup>

Ioannes Firlej de Dambrowicza, Palatinus Lublinensis  
et Supremus Regni Poloniae Marsalcus,  
Rohatinensisque etc. Capitanus,  
<sup>b)</sup> manu propria subscrispsit.<sup>c)</sup>

a) verbum ex alio correctum.

b)-c) manu propria.

N. 2182.

Varsaviae, 5.VI.1572.

*Franciscus Krasiński, nominatus episcopus Cracoviensis, R.P. vicecancelarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de opera a se internuntiis et consiliariis ducis in Comitiis praestita  
et de collato sibi episcopatu Cracoviensi.*

*Sigill.*

*Iam ed. Akta Podkanci. III, CCCLXII.*

*HBA, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

In negociis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae non defui in his Comitiis Internunciis et Consiliariis ipsius. Sic enim sibi de me Illustrissima Celsitudo Vestra persuadeat me, uti semel colere coepi et observare Illustrissimam Celsitudinem Vestram, ita et nunc quidem facere et deinceps semper facturum esse per omnem occasionem, ut Illustrissima Celsitudo Vestra intelligat nihil me libentius facere, quam inservire nomini et dignitati Illustrissimae Celsitudinis Vestrae.

His diebus Sacra Regia Maiestas, Dominus meus clementissimus, contulit mihi episcopatum Cracoviensem, post mortem Reverendissimi olim Domini Philippi Padniewski Episcopi vacantem. Quod ego quidem Illustrissimae Celsitudini Vestrae significare volui, ut si quid sit, in quo locus hic meus, in quo per Dei gratiam positus sum, usui esse possit Illustrissimae Celsitudini Vestrae, intelligat se eo loci habere hominem sui observantissimum...

Datum Varsoviae, die V Iunii MDLXXII.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
amicus et servitor  
ac Vicecancelarius Regni, subscriptis.<sup>b)</sup>  
Franciscus Crasinski, Episcopus Cracoviensis

a)-b) *manu propria.*

N. 2183.

Kolno, 17.VI.1572.

*Florianus Szymakowski, regius teloneorum praefectus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras regis per servitorem mittit (in Archivo desunt); 200 boves ducis  
sine telonei persolutione conduci posse nuntiat.  
(Polonice)*

*Sigill.*

*HBA, B 2, K.401.*

N. 2184.

Varsaviae, 17.VI.1572.

*Franciscus Krasinski, nominatus episcopus Cracoviensis, R.P. vicecancelarius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*pro Michaelo Blumenstein (vel Blumstein) intercedit, ut dux omnem  
offensionem adversus eum conceptam animo deponat suo.*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.401.

N. 2185.

Varsaviae, 18.VI.1572.

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*scribit nova de rebus Moldaviae, de Turcis, de morte Pii V papae, et alia.  
(Cum schedula adiuncta).*

*Sigill.*

H B A, B 2, K.401.

*Illustrissime Princeps etc.*

Quid nunc in aula Regiae Maiestatis agatur, puto Illustrissimam Celsitudinem Vestram ex aliorum litteris cognoscere, neque ego tamen etiam meae perpetuae erga<sup>a)</sup> Illustrissimam Celsitudinem Vestram obseruantiae et studio deesse volui.<sup>b)</sup>

Cardinalis Commendonus Ioannes Franciscus venerat a Summo Pontifice Pio V ad Regiam Maiestatem, ut eum ad sociale bellum contra communem totius Christiani Orbis et religionis hostem, Turcam, sollicitaret. Sed nunc aliae nostrae sunt rationes, quam ut in eam rem consentiremus, priusquam de alis vicinioribus periculis avertendis et propulsandis aliquid constitutum fuerit, et priusquam caeteri quoque Principes, quid ea in re animi habeant, planum fecerint.

In Moldavia novi tumultus exorti fuerunt, neque adhuc sopiti sunt. Bogdanus enim Walachiae Palatinus, dum novum coniugium in finibus Poloniae oculis et animo lustraret et imprudentius a suis seiunctus Oberraret, a Christophoro Zborowski aliquot vulneribus affectus et captus erat, vindicandae cuiusdam privatae ab eo acceptae iniuriae causa. Qui dum e Regno suo abesset, novus Princeps<sup>1)</sup> electus est, qui mox, Bogdano expulso, ab Imperatore Turcarum<sup>2)</sup> est confirmatus. Interea accidit, ut Bogdanus Maiestatis Regiae opem imploraret, ut sibi auxilio esset, quo interceptum Principatum recuperare posset.

Itaque eius Maiestas, misso in Turciam Internuncio, ne quid durius in Bogdanum statueretur, eum in Walachiam cum Russis Podoliensibus, sub Palatio Podoliae,<sup>3)</sup> reduci permisit. Sed ii,<sup>b)</sup> magna multitudine Turcarum repressi, non sine velitationibus et caesis aliquot centenis

barbarorum, incolumes evaserunt, intercepta una arce munitissima, Chocimo, quae est Walachiae caput. Quae etiam nunc est in potestate Polonorum. Ereptis nostris ex hostilis multitudinis fauce, eadem illa multitudo tractum nostrum Pokucium, cum villis et oppido Snyatino, igni depopulata est, sed e vestigio retrocessit, cum legatio Turcica adventaret. Poterant quidem res secus geri ab inicio et foeliciorem exitum habuisserent, sed sic fuit in fatis.

Turca viventem Bogdanum depositum, vel caput occisi,<sup>2)</sup> sed postea mitigatus ab Internuncio nostro Taranowski, veniam concedit, gratiam pollicetur et annum stipendum, dummodo ad se veniat. Praesidia Turcica ex Walachia nondum deducuntur. Sed Tattaris iuncta, in omnem occasionem expectant et dira omnia minantur. Si non hac esset valetudine Regia Maiestas, qua est, esset nunc occasio cum ea barbarie antiquam virtutem renovandi. Quid futurum sit ab ea parte, Deus novit. Sed breve tamen tempus docebit.

Moschus<sup>4)</sup> petit inducias annorum viginti, sed eas, nisi aequissimis conditionibus nostris, non habebit, ut arbitror. Rex etiam Sueciae<sup>5)</sup> Regiam Maiestatem de confoederatione contra ipsum suscipienda admonuit. Quam libenter amplectimur Thesauri Ungarici testamento Legati iam sunt expediti in Suetiam. Datur etiam spes ab Electoribus ineundae concordiae et componendarum controversiarum inter Serenissimum Regem Daniae<sup>6)</sup> et Regiam Maiestatem. Faxit Deus!

Venetorum classis instructissima iam est in mari. Turcae, clade accepta, non videntur hoc anno navalem pugnam desiderare. Ut tamen suo fastui et altis spiritibus satisfaciant, simulant et crepant arma, naves et milites. Quam vero parati sint id re ipsa praestare, hoc Illustrissima Celsitudo Vestra ex hac epistola, quam heri ex Turcia accepi, animadvertis, quam Illustrissimae Celsitudini Vestrae mitto.<sup>7)</sup> Nos cum Maiestate Regia iam meliuscule valente, cras, si Deo ita visum fuerit, Knissimum discedemus.

Illustrissime Princeps, aulicus et monachus, audax, petax et invercundus, et aulicorum est non desistere a precibus, donec petita obtineamus, submisso ab Illustrissima Celsitudine Vestra petimus, habere clementem rationem dignetur servi et subditi sui Michaelis Blumenstenii, non tam<sup>b)</sup> ullo iure suo, quam gratia et clementia Illustrissimae Celsitudinis Vestrae<sup>c)</sup> nitenti et opem imploranti, et si quid offensiunculae adversus eum Illustrissima Celsitudo Vestra animo concepit, clementer remittat et memor esse velit: vere regium esse parcere subiectis et debellare superbos, et non inter postremas boni Principis virtutes connumerari clementiam, cum munificentia ac liberalitate coniunctam. Quod cum fecerit Illustrissima Celsitudo Vestra, et a Deo, omnium bonorum retributore, mercedem uberrimam et a nobis omnibus, praesertim ipso Blumenstenio, qui oculos suos defixit in manibus Domini sui, perpetuam obsequiorum et gratitudinis promptitudinem expectabit...

Varsoviae, 18 Iunii 1572.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor perpetuus  
Ioannes Demetrius Solikowski de Solki,  
Secretarius Regiae Maiestatis.

*Schedula adiuncta:*

Mortuo Pio V Summo Pontifice Romano successit Bononiensis quidam, familia Bon Companio, vir doctus, pius et prudens, nomine Gregorius XIII. Qui iam societatem belli contra Turcas gnaviter prosequi et continuare contendit.

- |                                   |                                 |
|-----------------------------------|---------------------------------|
| a) <i>correctum ex: ergam</i>     | 3) <i>Nicolaus Mielecki.</i>    |
| b) <i>supra lineam scriptum.</i>  | 4) <i>Ioannes IV Basilides.</i> |
| c) <i>sequitur expunctum: fid</i> | 5) <i>Ioannes III Wasa.</i>     |
| z) <i>sic in ms.</i>              | 6) <i>Fridericus II.</i>        |
| 1) <i>Ionia (Ioannes III)</i>     | *) <i>deest.</i>                |
| 2) <i>Selimus II.</i>             |                                 |

*N. 2186.*

*Niedźwiadna, 25.VI.1572.*

*Casparus Iłowski, palatinides Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
rogat, ut dux commissarios suos mittat ad componendas controversias,  
inter se et subditos ducis intercedentes.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Egi frequentius literis apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram de iniuriis, mihi per subditos Illustrissimae Celsitudinis Vestrae contra pacta et foedera illatis, meique innoxia apud Illustrissimam Celsitudinem Vestram accusatione. Intellexi tandem ex literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae preces querentis et accusationem non aequo animo ferre plus quam tranquilitate et pactis paceque gaudere. Res sane tali tantoque Principe digna. Me quoque Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis vasalum et humillimum subditum equestris ordinis, hominem non ignarum pactorum, amatorem pacis et legum Illustrissima Celsitudo Vestra persuasum habeat, ideoque modum assequandae<sup>2)</sup> iustitiae et innocentiae declarationem in literis Illustrissimae Celsitudinis Vestrae descriptum sectus, supplex efflagitavi a Sacra Regia Maiestate, ut certos Commissarios ad decidendas eiusmodi controversias designaret, quod haud gravatim Sacra Regia Maiestas fecit literasque suas ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram dedit. Ex quibus id, quod est a me postulatum, accepi.

Celsitudinem itaque Vestram magnopere oro, ut hoc opportuno tempore nullo intercedente impedimento, suos quoque ad eam rem diudicandam Commissarios designet ipsisque iniungat, ut die, tempore et loco certo cum Commissariis Sacrae Regiae Maiestatis convenient (eius vero commissionis rescriptum cum literis Sacrae Regiae Maiestatis mitto) controversiasque, diu literis, querilis,<sup>2)</sup> protestationibus actas, iure mediante decident. Illud etiam a Tua Celsitudine oro, ut pro sua singulari magnificentia, quemadmodum Principem clementem atque adeo iustum decet, mihi mandare vellit Capitaneo suo Ioannispurgensi debita, iam triennio (non expectata commissione), quae non adiacent ipsis,<sup>2)</sup> per subditos Illustrissimae Celsitudinis Vestrae contracta, solvere, ita ut ego amplius iacturam facultatum mearum non patiar, quam equidem maximam hacte-

nus perpessus sum. Multoties enim quaesivi ab eo, ut mihi iustitiam administrare vellit. Ille, nescitur qua temeritate, seu potius erga subditos favore, hucusque non fecit. Hoc vero maxime oro, ut Illustrissima Celsitudo Vestra absque ulla dillatione Commissarios mittere velit diemque certam tempusque designare vellit, quod Commissarii Sacrae Regiae Maiestatis etiam id possint scire. Rem Celsitudo Vestra sua amplitudine dignam, mihi vero opera, studio paratissimisque obsequiis referendam factura. Datae Niedzwiadnie, die XXV mensis Iunii, anno Domini MDLXXII.

Illustritatis Vestrae paratissimus  
Kaspar Ilowski, Palatinides Plocensis,  
manu propria

z) sic in ms.

N. 2187.

Cnissini, 7.VII.1572.

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
obitum regis Poloniae Sigismundi Augusti significat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Hodie Serenissimus Rex noster e corpore in coelestem beatitudinem emigravit, hora 2. pomeridiana, nosque in luctu gravissimo et orphanitate reliquit. Deus pater misericordiarum et animae eius misereri et nostri ac Reipublicae nostrae, ut pater clementissimus, propter sui nominis gloriam, cuius domicilium haec nostra Respublica longo tempore fuit, curam habere velit. Soror regia Anna Warssovia propediem veniet, venient et Consiliarii Regni, Ducatus et terrarum, et de salute Regni conservanda agetur. Illustrissima Celsitudo Vestra, quid etiam in rem praesentem cum suis prudentissimis Consiliariis conferre debeat, absque omni dubio reperiet. Cuius rei propediem, postquam aliqui Consiliariorum advenient, Illustrissimam Celsitudinem Vestram nomine Regni admonitum iri existimo.

Quod ad me attinet, Illustrissime Princeps, humiliter peto, obsequia mea qualiacunque, virtutem certe et fidem maximam, quam Regi<sup>a)</sup> et Reipublicae praestiti, ipsisque terris Illustrissimae Celsitudinis Vestrae accommodavi (quod haecenus adhuc, sic Deo et fatis volentibus, sine omni meo fructu feci). Illustrissima Celsitudo Vestra clementer commenda data sibi habere velit, meque inter minimos servitores suos connumerare.

Pluribus propter lachrymas et singultus non possum. Scio certo non minus doloris et ipsam Illustrissimam Celsitudinem Vestram ex morte Regis nostri clementissimi, qui eam, donec vita comite frueretur, apprime dilexit, percepturam esse... Knissini, 7 Iulii 1572.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
servitor perpetuus  
Ioannes Demetrius Solikowski de Solki,  
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius.

a) *correctum ex: Regis*

Pultoviae, 10.VII.1572.

*Petrus Myszkowski, episcopus Plocensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
ob mortem regis regundorum finium negotium in aliud tempus reiicien-  
dum esse nuntiat et litteras commissionis regiae, ea in re datas,  
remittit.*

*Sigill.*

(Annexum: litterae originales Sigismundi Augusti ad Petrum Mysz-  
kowski et alios de die 13.V.1572. Cum sigillo cancellariae).

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Et ex literis commissionis Maiestatis Regiae, Domini mei clementissimi, recens defuncti, et ex alteris Illustrissimae Dominationis Vestrae, abunde intellexi, quemadmodum controversias de iniuriis inter Nobilem Casparum Howski et quosdam subditos Illustrissimae Dominationis Vestrae, tum de finibus inter dicionem illius et Ducatum Masoviae determinandis, potestas mihi una cum aliis collegis meis cognoscendi, statuendi et determinandi data fuerit. Quae omnia promptissimo studio et alacri voluntate exequerer, ut et mandato Serenissimi Principis mei et postulatis Illustrissimae Dominationis Vestrae morem gererem, pro pace, concordia et tranquillitate utriusque dicionis, nisi mors eiusdem Serenissimi Principis nostri intercessisset, quae nos non solum luctu et maereore implevit, verum etiam tantum impedimentum huic negocio attulit, ut omnino illud in aliud tempus deferri necesse sit, quod Illustrissima Dominatione Vestra, pro sua prudentia, facile intelligere potest.

Itaque litteras commissionis regiae Illustrissimae Dominationi Vestrae remitto, et cum ad praesens hisce in rebus operam meam illi praestare non possum, si quibus aliis in rebus me ad sua obsequia idoneum iudicabit, gratissimum mihi fecerit, si me sibi servire iusserit. Cui studium et operam meam libentissime polliceor et defero... Datae Pultoviae, X Iulii, anno Domini MDLXXII.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequens servitor

Petrus Miskowski, Episcopus Plocensis.<sup>b)</sup>

a-b) manu propria.

Annexum: Sigismundus Augustus rex Poloniae ad Petrum Myszkowski et  
alios, de die 13.V.1572. (Cum sig. cancellariae).

Sigismundus Augustus, Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaque etc. Dominus et Haeres.

Reverendo in Christo Patri, Domino Petro Miskowski, Episcopo Plocensi, Magnifice Stanislao Lawski de Strzegoczin, Palatino et Vicegerenti nostro Ducatus Masoviae, et Generosis Foelici Kriski, Castellano Racziasnensi, Georgio Zelinski, Iudici terrae Plocensis, sincere et fidelibus nobis dilectis, gratiam nostram regiam.

Reverende in Christo Pater, Magnifice et Generosi, sincere et fides nobis dilecti.

Cum nihil malimus, quam exortas ratione limitum inter Nobilem

Gasparum Ilowski, subditum nostrum, et quosdam Illustris Domini in Prussia Ducis subditos controversias, ad diligentem et accuratam eius Illustritatis solicitationem, consopiri et componi, insuper etiam totum Masoviticorum finium ducendorum constituendorumque negotium debite ac diligenter determinari, Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris, de quorum fide, prudentia et in rebus gerendis dexteritate plurimum confidimus, hoc negotium universum iterum committendum esse duximus, prout committimus praesentibus, hortantes et monentes easdem, ut habita inter sese mutua intelligentia certoque die et tempore, ad eam rem secundum pacta cum Illustri Domino in Prussia Duce constituto, communicatoque consilio cum eius Illustritatis ad eam rem deputatis Commissariis, tum etiam vocatis in sui praesentiam partibus, quarum interest, et auditis eorum allegationibus et responsis, iuribusque ac probationibus partium probe cognitis, senum etiam testimonio adhibito, non tantum de controversiis omnibusque iniuriis, quomodolibet exortis inter praedictum subditum nostrum et eius Illustritatis subditos, sed in universum de toto negotio Mazoviticorum finium regundorum et constituendorum decernant et statuant, certisque limitibus et scopulis signisque, circa ea adhiberi solitis, distinguant et muniunt, solum Deum et iusticiam sanctam prae oculis habentes. In quo conscientias vestras oneramus, facientes id, quod a Synceritatibus et Fidelitatibus Vestris determinatum et decretum fuerit, per partes firmiter observari et manuteneri, unius Synceritatum et Fidelitatum Vestrarum absentia non obstante. Pro gratia nostra et debito officii sui Synceritates et Fidelitates Vestrarum securus non facturae. Datum Varschaviae, in Conventione Regni Generali, die XIIIa mensis Maii, anno Domini MDLXXII, Regni vero nostri anno XL tertio.

a) Franciscus Crasinski, Regni Poloniae  
Vicecancellarius, subscripsit.  
b)

a)-b) *manu propria*.

N. 2189.

Cnissini, 12.VII.1572.

Franciscus Krasiński, episcopus Cracoviensis et R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
pro gratulationibus de collato sibi episcopatu Cracoviensi gratias agit;  
obitum regis nuntiat.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

Illustris Princeps etc.

Accepi literas Illustrissimae Celsitudinis Vestrae, quibus et episcopatum Cracoviensem mihi gratulatur et summi erga me amoris atque benevolentiae suae certum me reddit. Qua in re etsi a me nunquam dubitatum sit, tamen haec Illustrissimae Celsitudinis Vestrae significatio ita me delectat et afficit, ut me ab Illustrissima Celsitudine Vestra plurimum dilig animadvertam. Quo nomine etiam plurimum me debere Illustrissimae Celsitudini Vestrae profiteor. Ideoque peto, ut vicissim Illustrissima Vesta Celsitudo de me sibi persuadeat me in hoc studio, quo me hactenus erga se Illustrissima Celsitudo Vesta perspexit, semper permansurum, cumque hac maiore episcopalnis dignitatis assecutione maio-

ra etiam, quavis occasione oblata, Illustrissimae Celsitudinis Vestrae causa praestiturum. Qua in re ut nihil dubitet Illustrissima Celsitudo Vestra, etiam atque etiam peto.

Caeterum, etsi minime dubitem habere iam aliquid certi Illustrissimam Celsitudinem Vestram de obitu Sacrae Maiestatis Regiae, Domini nostri clementissimi atque desideratissimi, sciet tamen Illustrissima Celsitudo Vestra eam die septima huius mensis hora secunda post meridiem ultimum vitae suae diem finivisse. Cuius obitu quanta omnes simus affecti maerore atque tristitia, licet esse notum omnibus, tot praesertim tantisque undique Regno huic imminentibus periculis. Quae ut Deus Omnipotens pro singulari sua clementia atque misericordia avertat, unanimi voto omnes precamur... Knissino, die XII mensis Iulii, anno Domini **MDLXXII.**

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae

<sup>a)</sup> amicus et servitor <sup>b)</sup>

Franciscus Crassinski, confirmatus Episcopus Cracoviensis  
ac Regni Poloniae Vicecancellarius,

<sup>a)</sup> manu sua subscriptus.<sup>b)</sup>

a.-b) *manu propria.*

N. 2190.

Zakroczym, 21.VII.1572.

*Agnes de Sienna Niszczycka  
Georgio Hohendorf, capitaneo Pissiensi,  
de obitu regis in arce Cnissinensi et de probabili itinerario corporis Cracoviam transvehendi.*

Sigill.

(Adest versio germanica)

H B A, B 2, K.401.

Moy laskawy a barzo namilsy Panye, Synu, etc.

Za thy lasky, ktore W. M. okazal przeczywko mnye, y za thy ptaky W. M. barzo dzykuye. Zaslugowacz y oddawacz będę czem my W. M. raczisz roskazacz z moyą namylsą czoreczką. Czosz my W. M. raczil roskazacz, abym W. M. wipiszala nowyny, jakie by ayw<sup>2)</sup> byly: rada bym tho ucznila, ale nye masz ayw<sup>2)</sup> nycz ieszcze statecznie postanowionego, a thak bim nyerada nyepewnych rzeczy W. M. wipissala. Tho wyem, z e W. M. nyethayemno, ysz Yego K. Mcz zaplaczil dlug Panu Bogu, ktorego yusz w trume wlozono przybrawszy, yako zalezi na stan krolewsky, który lezy w koszcielie w Knysyne. Panowie czy, ktorzi bily pri nyem, czi są przi niem,<sup>a)</sup> drugich barzo malo przyahalo z Litwi, Krolewna<sup>1)</sup> yey m. myeska w Ostrowy, ktora nyehcze tham yahacz asz s pany zarasz, tho yesth s xyadzem Arcybiskupem<sup>2)</sup> y ynsemy pany radnemy, a then ziasd ma bicz za dwie nyedczyely; potem ma Krolewna yey m. tham iahacz s temy pany. Mayą Yego K. Mscz prowadczicz do Lyublina, a tham sie wsistczy mayą zyahacz. Yego Xiążęcze M.sczy mayą dacz znacz, panom litewskiem y wsistkiei Korony Polskiei, abi się tham wsistczi ziehaly y radczili o them, yako by mogli przesz Ducha s., koko<sup>2)</sup> by krolem myely kogo zostawicz. Thocz W. M. wipissuię, czom slisala w Lomzie, mowiąc o them wiele panow y thak my wipisal sin moy, ktori wnuczkę moyę poyał, yego m;

pan starosta malogoski, ktori thess tham yesth przy Yego K. M.sczy w Knysyne, y thak my dal znacz, ysz pothem mayą yahacz z Lyublina s czialem do Krakowa, a tham kogo krolem obierzą, będą koronowacz. Thocz W. M. wipissuyę, czom sama slisala y czo my dano znacz. Uslyśely yesce czo pewnieysego, nyeomyesskam W. M. dacz znacz...

Zakroczym, w wilie S. Mariei Magdaleny 1572.

Jagnięska s Sienna  
Niscziczka w[oiewodzina] Ploczka

*In dorso:* Iego M.sczy Panu Yerzemu Deunderw.<sup>b)</sup> hethmanowy <sup>c)</sup> Pyskye mu i panu y synowy mnye ossoblywie laskawemu.

a) *verba* czi są pri niem *suprascripta*.

1) *Anna Jagellonica*.

b) *sic in ms.:* *recte Hohendorf.*

2) *Jacobus Uchański*

c) *i.e.* (*hauptmann*) *capitaneus*.

z) *sic in ms.*

N. 2191.

Łowicz, 23.VII.1572.

*Iacobus Uchański, archiepiscopus Gnesnensis, R.P. primas, et alii proceres Alberto Friderico in Prussia duci mortem regis nuntiant et rogant, ut dux se contra magistrum Ordinis et alios diligenter praemuniat et praeparet.*

*8 sigilla.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Non dubitamus ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram de morte et obitu Sacrae et Serenissimae Regiae Maiestatis Poloniae, Domini nostri clementissimi, iam perlatum esse. Cuius mors, sicut merito debuit, nobis peracerba et luctuosa extitit. Qui nunctius quoque eandem, ut nobis persuademus, gravi dolore affecit. Singulari enim amore et benevolentia Sacra Regia Maiestas in Illustrissimam Celsitudinem Vestram propendebat. Nos sane, uti possumus et debemus, conamur mortem Suae Maiestatis aequo animo tollerare et affectus nostros divinae voluntati conformare. Hanc eandem moderationem animi in dolore Illustrissimam Celsitudinem Vestram adhibituram confidimus, cum omnes ea lege nascamur. ut moriamur.

Quoniam vero Regna et dominia, suo rectore privata, tum potissimum periclitari solent, Illustrissimam Celsitudinem Vestram admonendam pertendumque ab illa putavimus, ut se Illustrissima Celsitudo Vestra ac subditi ipsius adversus omnes conatus moderni Magistri Prussiae<sup>1)</sup> et contra quosvis alios diligenter praemuniant ac praeparent. Quidquid vero periculi vel sibi vel Regno imminere cognoverit, nos pro fide et officio suo certiores reddat et praecustodiat. Qua in re eidem nullo loco et tempore deerimus. Qua enim benevolentia Sacra Regia Maiestas Illustrissi-

mam Celsitudinem Vestram prosecuta est, hanc eandem nos retenturos erga illam certo sibi persuadeat.

De funere curando nihil adhuc constituti habemus, certiorenam tamen brevi Illustrissimam Celsitudinem Vestram faciemus. Quam bene valere cupimus et optamus. Loviciei, XXIII Iulii, MDLXXII.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
amici

<sup>a)</sup> Iacobus Uchanski, Legatus Natus, Archiepiscopus Gneznensis et Regni Polonie Primas, subscrispsit.

Lucas Comes a Gorca, Palatinus Posnaniensis,  
Capitaneus Buscensis, manu propria subscrispsit.

Ioannes a Sluzewo, Palatinus Brzestensis,  
manu propria.

Jan s Krotoszina, voievoda Wladislaviensis  
Stanislaus Carnkowski, Episcopus Vladislaviensis  
et Pomeraniae, manu sua.

Albertus a Lasko, Palatinus Syradiensis,  
manu propria subscrispsit.

Ioannes Sirakowski, Pallatinus Lanciciensis,  
manu propria subscrispsit.

Nicolaus Maczyeovski, Palatinus Lyublinensis,  
Capitaneus Scepusiensis.<sup>b)</sup>

a)-b) *manibus propriis.*

1) *Henricus de Bobenhausen.*

N. 2192.

Tykocin, 24.VII.1572.

*Lucas Górnicki, capitaneus Tykocinensis, bibliothecarius regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de supellectili post defunctum aurifricem [Sebastianum Mylis] relicta.*

*Sigill. Autoogr.*

*H B A, B 2, K.401.*

Oświadczenie Książę i Panie, Panie moi Miłoszowi.

Na roskazanie W. K. Mówiący wydane są te rzeczy, które tu były zostanły po śmierci niebosszczyka złotnika, który złotnik iż był pod poruczeniem pana Marcina Podgorskiego, który jest przy skarbie Jego. K. Mówiący, przeto on ty rzeczy (dawny gie urzędownie spisać) miał przy sobie i teraz synowi niebosszczykowemu za listem Waszej Książęcej M. jest gie wydali, i spisek, iako cęgo wiele było, pod niebosszczyka iesscze pana Iopową pieczęcią oddali, o czym są pan Podgorski pisze do W. Książę Mówiący... Pisan w Tykocinie, 24 lipca 1572.

W. Książę. Mówiący powolny sługa  
Lukasz Gornicki, Starosty Tykocin

N. 2193.

Tykocin, 24.VII.1572.

*Martinus Podgórski, pensionarius (stipendiarius) regius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de supellectili post mortem aurifificis Sebastiani Mylis in Tykocin relicta.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

Oswieczone Milosciwi Xiązę etc.

Thak, iako thu W. Xią. M. do Pana Starosty Thykocziuskiego pisacz raczyl, aby rzeczy, ktore zostaly thu w Thykocznie po niebosszczyku Sebastianie Mylis, zlotniku Krolia Iego Mczi, synowi iego, Ianowi Mylis, bely wydane. Iss tho w moczy mei belo za wiadomoscią urzedu tutecznego i spiskiem niebosszczyka Pana Iopa, Starosty Thykoczinskiego, thedy za pisanem W. Xią. M., mego mcziwego pana, podlug thegoz spisku wssytko iest wydano. O czym tenze Ian Mylis W. Xią. M. dostatecznie sam powie... Datum s Tykoczina, die 24. Iulii anno Domini 1572.

Wassei Xiązeczei Mczi, mego mcziwego pana,  
pokorny sluzebnik  
Marczin Podgorski, Iurgielnik K. Iego Mczi.

N. 2194.

Kłodawa, 24.VII.1572.

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de coeptis et actionibus, cum electione novi regis Poloniae coniunctis,  
ducem certiores reddit.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

Illustrissime Princeps etc.

Dolorem, quem ex obitu Serenissimi Principis et Regis nostri Illustrissima Celsitudo Vestra, cum propter immaturum decessum ex hac vita, tum propter imminentia Regno et dominiis ad illud spectantibus pericula concoepit, ex Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad me datis literis<sup>a)</sup> optime cognovi. Neque parum is nuncius, primum ad nos perlatus, eam ob rem nos perculit. Itaque maturo consilio, ad avertenda ea pericula deque novo Rege eligendo et creando opus esse uno animorum consensu iudicavimus. Quapropter conventu procerum sive maiorum, ut vocant, Regni Consiliariorum, his diebus apud Loviciam, quo frequentes conveneramus, acto, de iis omnibus, quae ex usu Reipublicae esse possent, deliberatum et consultatum est a nobis atque ita res transactae, ut in eam spem veniamus periculis omnibus, si quae sunt sive erunt, posseiri obviam.

Qua de re, ut absentes Magni Ducatus Lithuaniae proceres atque reliqui status etiam certiores fierent, missus est in Lituaniam de communi omnium consensu Magnificus Dominus Nicolaus Maczieiowski, Lublinensis Palatinus et Scepusiensis Praefectus, qui eos de omnibus edo-

ceret et sententiam nostram de loco et tempore electionis novi Regis illis exponeret atque indicaret, nos percupere, modo illi assentiantur, ut sive Lublini sive Knissini intra viginti unum diem post festum Divo Bartholomeo dicatum electio illa novi Regis instituatur Conventusque indicatur. Ac demum peteret, ut ea in re voluntatem suam nobis prescriberent.

Porro quod Illustrissima Celsitudo Vestra, pro sua erga Regnum hoc pietate, fide et officio, hortatur, ut quam primum ad electionem novi Regis descendamus, idem quoque opere precium esse omnes arbitramur, non ignari, quantum periculum sit in mora positum. Itaque omni cura, studio et diligentia conamur id apud ceteros Regni status efficere, ut primo quoque tempore, quemadmodum iam commemoravi, certo die loco constituto, vocatis etiam ad id, quorum ea res sive ex pactis et foederibus, sive de antiquitus observata consuetudine interest (nihil enim cuiuspiam iuri derogatum volumus) convenientius et, invocato Dei Optimi Maximi, qui solus est moderator consiliorum et actuum humanorum, nomine,<sup>a)</sup> ac omnibus simultatibus, odiis et inimicitiis, si quae sunt sive inter proceres, sive inter ceteros status, ex animis depositis et penitus explosis, uno ore unoque animo, in vera fraterna mutuaque caritate et unanimi concordia novum Regem eligamus atque postmodum solenni ritu creemus.

Quod cum ita sit, non committam, postquam utrinque aliquid de loco et tempore electionis constituerimus, quin ea de re tempestive satis Illustrissimam Celsitudinem Vestram certiore faciam.

Ac quemadmodum non dubitamus, Illustrem Celsitudinem Vestram sui et suorum antecessorum non fore dissimilem et Reipublicae Regni huius, quemadmodum semper fuit, amantem et studiosam, ita quoque Illustrissima Celsitudo Vestra hoc habeat, quod sibi de omnibus Regni huius statibus, ac de me imprimis, polliceatur. Nos omnem operam et studium in amplificandam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae dignitatem et honorem ceteraque amicitiae officia praestanda conversuros... Klodaviae, 24 Iulii 1572.

b) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae servitor  
Lucas Comes a Gorca, Palatinus Posnaniensis,  
Capitaneus Buscensis, manu propria subscriptus.<sup>c)</sup>

a) *supra lineam.*

b)-c) *manu propria.*

N. 2195.

Cnissini, 26.VII.1572.

Franciscus Krasiński, episcopus Cracoviensis, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de periculis, internis et externis, ex Interregno promanantibus et de re-  
mediis contra ea quaerendis.  
(Postscriptum autographum)

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Ex literis Illustrissimae Dominationis Vestrae, quas hoc tempore ad me misit, quantum ipsi dolorem obitus Serenissimi Regis nostri, Domini

mei clementissimi, attulerit, abunde cognovi. Dolet enim vehementer ipsius Illustrissima Dominatio non solum sua causa, quod Principem consanguineum, parentis carissimi loco semper habitum, a quo plurima paterna eaque insignia expectabat officia, in adolescenti sua aetate amiserit, verum etiam et Reipublicae, quae et domesticis multis irretita difficultibus et undique finitimorum hostium exposita periculis, diuturnam eiusdem Regis et Principis sui vitam inprimis requirebat.

Quapropter de tam praeclaro Illustrissimae Dominationis Vestrae in Serenissimum Regem mortuum ac Rempublicam nostram studio atque animo, uti par est, Illustrissimam Dominationem Vestram valde equidem laudo ac probo, atque eo nomine gratias quoque ipsi habeo. Illud quidem, quod Illustrissima Dominatio Vestra in literis suis commemoravit, ipse etiam agnosco et fateor. Nullum unquam in hoc Regno, nec maiorum nostrorum aetate, Interregni tempus fuisse periculosius, atque nunc est.

Ut enim multa domestica et intestina Reipublicae mala praeteream, externa pericula certe nobis sunt valde formidabilia. De Moscho, quod exercitum iam paratum habeat, multa inaudimus. De Turcis, Scytis et Valachis, barbaris et crudelissimis hostibus nostris, qui alias difficiliores occasiones habendo, Regni huius finitima saepius depopulati sunt, cum hanc opportunitatem nactos se esse intellexerint, nihil nobis polliceri possumus, nisi illos omnes suas vires et copias in Regni huius interitum esse collatueros.

Quam ob rem ipse tantum summus et benignus Deus nos a tot hostium invasionibus protegere Regnumque hoc omni formidine liberare potest. Illud autem Regno huic in primis salutare esse existimo, quod Illustrissima Dominatio Vestra ipsa quoque in iisdem suis literis prudenter ad me scripsit, ut summa omnium Regni Ordinum consensione novus Rex quam primum eligatur. Ad quam rem, uti salutem et tranquillitatem Reipublicae continentem, iam ego primarios Senatores sedulo per literas meas cohortatus sum et omni ratione cohortari non desinam.

Iam vero quod Illustrissima Dominatio Vestra a me postulat, ut apud Reverendissimum Dominum Archiepiscopum Gnesensem,<sup>1)</sup> totius Regni Primatum, penes quem est ad Comitia eligendi novi Regis convocandorum Ordinum potestas, id curem et efficiam, ne ipsa ab electione excludatur, in ec equidem ego diligentem navabo operam, ut in omnibus, quae Illustrissimae Dominationi Vestrae iure debentur, integrum ius ipsi conservetur. Neque dubitet Illustrissima Dominatio Vestra, quin illi ea omnia, quae iure debentur, ab universis Regni Ordinibus propensissimis studiis salva praestita fuerint.

Quod vero Illustrissima Dominatio Vestra omnia officia, conatus et auxilia sua hoc tam periculo tempore ad Rempublicam nostram conservandam, stabilendam et tutandam prolixe offerat, in eo quidem maximam laudem meretur, cum id faciat, quod huius Regni Principem beneficiarium, fidelissimum et gratissimum facere decet. Neque dubitandum est, ita Illustrissimam Dominationem Vestram ab omnibus rebus paratam et instructam fore, ut si ipsa necessitas et periculum Reipublicae urserit, maximo studio suam fidem et animum Regno huic re ipsa sit comprobatura. De meo erga se amore et observantia, quam spem et fiduciam habet, ea ne Illustrissimam Dominationem Vestram unquam fallat, dabo omnem operam praestaboque, ut me sibi et amicum integerrimum et servitorem obse-

quentem in omnibus liquido perspiciat... Datum Kniszini, die XXVI mensis Iulii, anno Domini MDLXXII.

Eiusdem Illustrissimae Dominationis Vestrae  
a) amicus et servitor addictissimus  
Franciscus Crasinski, Episcopus Cracoviensis  
ac Regni Poloniae Vicecancellarius, subscrispsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

*Postscriptum autographum:*

Post scriptas hasce litteras redditiae sunt nobis litterae a Senatoribus Regni, in quibus nobis denunciant, quod huc Knisimum ad 10 diem Augusti conventuri sunt, de die et loco futurae electionis Regis decreturi ac de deffensione finium Regni sub hoc tempus provisuri.

Ideo ego, pro officio meo, Illustrissimam Celsitudinem Vestram, tanquam amicum et feudatarium Principem Regni, invito, ut Internuncium suum ad hunc Conventum mittere dignetur.

Nobilem iuvenem, Melchiorem a Diebes, quem mihi in servitorem Illustrissima Celsitudo Vestra commendat, libenter apud me ex illius commendacione habebo. nihilque illi ad bonam aeducationem<sup>z)</sup> bonorumque morum culturam apud me deesse curabo.

<sup>z)</sup> sic in ms.

<sup>2)</sup> Iacobus Uchański.

*N. 2196.*

*Cracoviae, 28.VII.1572.*

*Ioannes Firlej de Dąbrowica, palatinus et capitaneus Cracoviensis, R.P.  
supremus marsalcus,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de urgente necessitate celerrimae novi regis electionis et de Comitiis  
Regni hac de re indicendis.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Cum ea sanguinis adeo arcta necessitudo, quae Illustrissimae Celsitudini Vestrae cum Serenissimo Rege nostro, recens defuncto, intercessit, atque eius Maiestatis erga Celsitudinem Vestram vere paternus affectus, tum vero singulare, quod in Celsitudine Vestra semper enituit, boni publici ac praecipue incliti huius Regni commodorum studium, abunde fidem faciunt, non minus doloris ex hac tam immatura morte atque intempestivo, his Reipublicae nostrae adeo perturbatis temporibus, Serenissimi Principis nostri obitu ad Celsitudinem Vestram pervenisse, quam nos ipsi, Maiestatis eius subditi, sentiamus. Qui quidem non solum Domino, Rege atque capite nostro orbatos nos videmus, sed etiam, quod multum huic nostro addidit merori, in eo ipso Principe nostro defuncto Illustrissimae huius Familiae, de Republica Polona tot tantisque ei prolatis Regibus optime meritae, finem deploramus.

Verum cum isthaec omnia non sine summi Dei providentia, qui rebus omnibus certum praestituerit terminum, accidere sciamus, ita certe haec omnia accipienda sunt, ut ne quid de divini Numinis erga nos clementia desperare videamur, atque addito tandem dolori modo, ea praecipue

ineunda consilia, quae maxime cum Reipublicae bono atque commodo sint coniuncta.

Qua quidem de re mihi, pro fide et officio in Rempublicam meo saepius cogitanti, hoc imprimis occurrit atque consultissimum videtur, quod etiam in literis suis Illustrissima Celsitudo Vestra suadet atque hortatur, ut videlicet quam celerrime concordibus atque ad solam Reipublicae utilitatem destinatis votis ad novi Regis electionem unanimes concurramus eumque, divino implorato favore, ad tantae dignitatis fastigium promoveamus, qui et divini cultus observantissimus et Reipublicae commodorum studiosissimus et ad ea undequaque providenda aptissimus, Domino indicante, sit futurus. Atque nunc quidem in eo maxime sumus occupati, ut constituto in finibus Regni undiquaque stipendiario milite, quo securius nostra de Republica consilia in medium conferre possimus, quam primum Regni Senatores de more in unum conveniamus indicendorum Comitorum Generalium causa.

Iamque diem Augusti decimam Knyssinum conveniendi nobis praefiximus, ut ibi communicatis consiliis, tum Reipublicae urgentiora negotia provideamus, tum vero Regni Committitorum locum tempusque, quod maxime pro rei celeritate opportunum videatur, constituamus. Ad quae quidem Comitia electionis praecipue causa indicenda, cum omnes Regni Ordines sint convocandi, tum vero Celsitudinem Vestram, quam ego in hac Republica tum ex foederibus, tum ex consuetudine antiqua, non postremas obtinere partes scio, vocatam iri non est dubitandum. Quod quidem ego quoque, pro parte mea, quod meum est erga Celsitudinem Vestram studium, ne qua ratione ommittatur, lubens curabo. His me meaque ad omnia paratissima obsequia in gratiam Illustrissimae Celsitudinis Vestrae quam officiosissime commendo, quam bene et diutissime valere ex animo cupio. Datum ex arce Cracoviensi, die XXVIII, mensis Iulii, anno 1572.

a) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae amicus  
et servitor ad omnia paratus b)

Ioannes Fierley de Dambrowicza, Palatinus  
et Capitaneus Generalis Cracoviensis, Regni Poloniae  
Supremus Marschalcus, Rohatinensis etc. Capitaneus,  
a) manu propria subscripsit. b)

a)-b) *manu propria*.

N. 2197.

Cnissini. 28.VII 1572.

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*de actionibus senatorum ad id tendentibus, « ne aliqua subita in Regnum hostilis impressio electionem novi Regis perturbet »; de periculis Interregni tempore impendentibus.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Iam superiori epistola mea et Serenissimi Regis nostri mortem et orbitatem nostram deflevi. Nec perpetuo lugendum est, sed animi ad Deum erigendi et de conservanda Reipublicae salute cogitandum. Senato-

res plerique, alii Cracoviam, alii Posnaniam, praecipua vero et potissima pars ad Archiepiscopum Gneznensem Lovicium iam convenerant, ut rationes eas inirent, ne aliqua subita in Regnum hostilis impressio electio nem novi Regis perturbet. Minores Poloni contra omnes factiosos et seditiosos, et qui hoc tempore Interregni ad motus et tumultus aliquos spectare vellent, confoederationem arctissimam fecerunt, ut contra eos, tanquam hostes patriae, iuris, Reipublicae et pacis communis, communibus omnium viribus consurgatur. Milites cuiusque Senatoris stipendiis colliguntur, quae deinceps equester ordo se dissoluturum libenter recepit. Finibus praesidia adhibentur, arces providentur, Romana et Germanica posta cessavit.

Quae eadem et Maiores Poloni habent rata. Mirum est, quanta concordia sit inter Senatum et Ordines, ut hoc inter singularia Dei beneficia sub id tempus connumerandum sit. Lituanorum eadem est mens et concors unitatis servandae Principisque celeriter eligendi voluntas. Illustrissima Celsitudo Vestra multas habet sententias, quod quidem ego optarim, pro meo singulare studio, quo sum erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram. Minoris Poloniae Senatus ad diem X Augusti, Maioris vero ad ferias Bartholomaei huc sunt conventuri, ut locum et tempus electioni deputandis Comitiis designent, et alia, quae sunt huius temporis, procurent. In Pernavicos milites iam pecunia numeratur. In stipendia quoque Tartaria. A Turca nihil esse periculi censetur. Moschi vires attritae sunt. Ne a Germania quidem aliquid metuimus. Haec sunt, quae interea Illustrissimae Celsitudini Vestrae perscribenda sese obtulerunt. Idem per omnem occasionem sum et posthac diligenter facturus... Knissini, 30<sup>a)</sup> Iulii 1572.

Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
obsequentissimus et domesticus servitor  
Ioannes Demetrius Solikowski, Sacrae Regiae Maiestatis  
Secretarius subscrispsit.

a) *sequitur expunctum: Aug*

*N. 2198.*

*Konin, 2.VIII.1572.*

*Ioannes Służewski, palatinus Brestensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras procerum, Lovicium apud archiepiscopum Gnesensem [Iacobum  
Uchański] post mortem regis congregatorum, duci mittit.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.401.*

Nach erbietung etc.

Durchlauchtigster furst und herr.

E. F. D. schreyben, welchs den 30 Maii Tielse datiret, ist mir den 26 Iulii zu Lowicza behendiget. Darinnen E. F. D. ihren geneigten und freundlichen willen gegen mir, derselben gefliessenen und dienstwilligen, zu vorstehen geben. Thue ich mich gegen E. F. D. hochstes vleisses bedancken. Solchs auch in allen möglichen gegen dieselben zu vordienien erbötgk. Und was belanget E. F. D. an mich siennen ihren gesandten bey

ko. mt. undt reichsrehten zu unvorzuglicher und gueter abfertigung dienstlichen undt föderlichen zu sein, so mir solch E. F. D. schreyben in meynner gegenwardt zu Warschaw wehre überantwortet worden. Solt an mir kein vleis in solchen, E. F. D. nach vormögen zu dienen, gesparet sein worden. Weil aber Gott der Allmechtige ihre ko. mt. seinen gottlichen willen nach, wie dan ohne zweifel E. F. D. solchs wiessent, von dieser welt abgefodtert, kan ich derselben nicht vorhalten, das zu Lowicza bey dem herren erzbischow, ihren hochwirlden, etliche des königreichs Polen vornehmeste regimentsrechte vorsamlet gewesen und wegen gemeines reichs vorstehender oder künftiger notturft unterredung und rahtschlag gehalten. Es ist mir aber von denselben herren rehten semplichen aldar ein schreiben an E. F. D. zugestellet und auferlegt, solchs derselben zu übersenden, welchs ich E. F. D. beigelet zuschicke...\*) Datum aufm schloss Konien, den 2 Augusti des 1572.

E. F. D.

dienstwilliger

Johan von Schlusew, Briest. Woywod,  
auf Konin und Mesaritz hauptman,  
<sup>a)</sup> manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria.*

\*) *deest.*

N. 2199.

*Posnaniae, 5.VIII.1572.*

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*ipse in persona sua nunc ducem convenire nequiens, familiarem suum,  
nobilem Henricum Gyrk (vel Girk), cum mandatis mittit rogatque,  
ut ei dux nomine suo loquenti benignas aures praebeat.*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

N. 2200.

*Cnissini, 13.VIII.1572.*

*Ioannes Demetrius Solikowski, secretarius regius,*

*Alberto Friderico in Prussia duci*

*de moliminiibus palatini Cracoviensis; de senatorum Minoris et Maioris  
Poloniae de loco et tempore ad electionem novi regis destinato divisis  
animis.*

*(Annexum: Lovicienses Articuli)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

*Nudius tertius litteras Illustrissimae Celsitudinis Vestrae accepi, idque  
qua soleo alacritate et observantia. Gaudeo magnopere Illustrissimae Cel-  
situdini Vestrae hoc meum obsequendi studium probari atque gratum*

esse. Neque ego hoc in genere patiar aliquid in me desiderari, quod Illustrissimam Celsitudinem Vestram in tempore cognoscere ex hisce partibus iuvel. Scribunt mihi proceres Maioris Poloniae, Episcopi praesertim. Palatinum Cracoviensem modernum, Ioannem Firlej de Dambrovicza, Regni Mareschallum Supremum, simul de soluto Loviciensi Conventu, a Maioribus Polonis habito, accepit transmittendis ad Senatum ac Ordines Regni literis, primatum Regni ad se transferre non obscure voluisse. Verumtamen maiorem partem equestris ordinis ab legibus patriae et antiqua consuetudine, cum omnis mutatio sit periculosa, recedere noluisse. Fecit tamen ea res in his rerum iniciis tantum difficultatis, ut quorsum adhuc evadat, non satis appareat.

Cum enim Minores Poloni, Conventu habito, Knissinum venire deliberatum haberent, et adventui suo X Augusti diem praestituisserent, Maiores cum Primate antiquo, Archiepiscopo Gnesnensi,<sup>1)</sup> et conventus particulares per Poloniam et Comitia Generalia Regis eligendi causa Cnissinum indixerunt. Quod illis non placuit duabus de causis: primum, quod Lituanorum prius animos non habuerint exploratos, qui facile offendii poterant et ab amicicia, non ita pridem inita aut saltem restaurata, resilire, ut quandam Silesii, quod inconsultis ipsis locum et tempus electionis designaverint. Deinde, quod multa prius provideri et procurari erat necesse, priusquam ad electionem veniretur. Sed Maiores Poloni nullum Conventum sine ordine equestri<sup>a)</sup> cum aliis Senatoribus agere volebant, ut et omni suspicione apud eum vacarent et eo, cum ad electionem ventum fuerit, obsequentiore uterentur. Utrique rationum satis habent. Verumtamen ex ea separatione hoc emersit, quod non tam cito una convenient.

Iam enim Maiores Poloni omnia in promptu habebunt et ad electionem ipsam Cnissinum post ferias Divi Bartholomaei confluent. Minores vero, qui ad X Augusti hic erant adfuturi, maiorum admonitione ad XXIIII adventum suum prorogarunt, venturi non electionis adhuc, sed communicandorum consiliorum causa. Maiores hac etiam de causa ad Lituanos miserunt Palatinum Lublinensem<sup>2)</sup> et Castellatum Camenecensem,<sup>3)</sup> quos Grodnae heri esse auditos creditur. Sed nondum quicquam acceperimus, an hi Maiorum vel Minorum consilia probent. Ubi redierint Grodna, qui eo sunt missi, non erit ambiguum, quo rerum fortuna inclinabitur. Qua de re Illustrissimam Celsitudinem Vestram tempestive certiorem reddam.

Lituani quidem a Moscho<sup>4)</sup> sese abhorrente praeseferunt, et non simulant etiam fortasse. De quo rumor etiam heri percrebuit, a Tartaris denuo profligato, exercitu eius, quem tum ad Mohilovum, tum ad Pscovum numerosum habebat, caeso, filioque eius maiore nato<sup>2)</sup> una cum uxore in captivitatem abducto. Sed nunciorum nostrorum Grodnensium redditus omnia certiora ostendet. Minores Poloni, si modo id non simulanter agunt, aliquot proceres obviam miserunt nunciis Cesareae Maiestatis, Domino a Perstein<sup>5)</sup> et Domino Castaldo,<sup>6)</sup> venientibus cum Oratore nostro Podolski,<sup>7)</sup> ut eos ingressu Poloniae prohiberent. Quo autem id consilio, non satis constat. Magna quidem pars Senatus utriusque Poloniae, imo et Lituaniae, in Austriacos Principes incumbit, sed nobilitas est ab ea familia penitus alieno animo. Nobilitas Sendomiriensis tota est pro Sueciae Rege.<sup>8)</sup> Ut autem Illustrissima Celsitudo Vestra videat ea, quae in utraque Polonia in consilium et deliberationem venerunt iam hoc interregno, mitto Illustrissimae Celsitudini Vestrae capita eorum, uti huc ad nos perlata fuerunt. Mitto et inscriptionem in lamina argentea factam, quae cum regio corpore sarcophago est inclusa, seu verius loculo. Mitto et epitaphium saxe incidendum.

Litteras Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad Reverendissimos Dominos Archiepiscopum et Episcopum Cuiaviensem<sup>9)</sup> misi, responsa eorum, ubi relata fuerint, sine mora ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram mitentur... Knissini, 13 Augusti 1572.

b) Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
perpetuus servitor  
Ioannes Demetrius Solikowski de Solki,  
Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius  
subscriptis.<sup>c)</sup>

- a) sequitur expunctum: ordine
- b-c) manu propria.
- z) sic in ms.
- 1) Iacobus Uchański.
- 2) Andreas Tęczyński.
- 3) Hieronymus Sieniawski.

- 4) Ioannes IV Basilides.
- 5) Adalbertus Pernstein.
- 6) Ioannes Castaldo.
- 7) Lucas Podoski.
- 8) Ioannes III.
- 9) Stanislaus Karnkowski.

*Annexum: Lovicienses articuli.*

In Interregno duplex officium Senatorum.

1. Modum eligendi novi Regis constituere.
2. Durante Interregno pacem internam et externam providere. Ratione electionis ea requiruntur.
  - I. Locus Comitiorum.
  - II. Tempus.
3. Conventus particularis ad declarandam mortem Regiae Maiestatis et ad providendum, ne in Comitiis Generalibus in multitudine confusio aliqua vel perturbatio eveniat.
4. Provisio arcium, finium, exploratorum externorum, Iudeorum, missilium.
5. Suprema potestas executrix penes quem.
6. Securitas locorum, Comitiorum, personarum.
7. Designatio hospitiorum.
8. Votorum seu sententiarum.
9. Publicatio novi Regis per quem. Sub Interregno interna pax procuranda.
10. Universalibus literis cavendum de arcendis rapienis et invasionibus.
11. Vacantia officia disperienda.
12. Sigilla Regni providenda.
13. Cubicularii ad Reverendissimum Archiepiscopum Gnisensem dimittendi.
14. Cancellarii debent omnia Domino Archiepiscopo per literas significare, neque literas per Regnum pro sententiis procerum explorandis ab aula mittere. Dominus vero Archiepiscopus sine consilio reliquorum Senatorum nihil agere debet.
15. Pecunia in promptu habenda, expeditionum causa, in omnem usum Reipublicae.
16. Procuratio funeris et sepulturae. Et mulierum non necessariarum expeditio.

*Correctio errorum.*

Quod hactenus in Republica nocivum fuit, exterminandum et providendum, ne deinceps ita eveniat.

Ne Respublica corrumptatur studiis practicantium.

Ne Rex sine Senatu quicquam agat.

Ut autem officia in homines idoneos indigenas<sup>a)</sup> conferantur et incorrupta conserventur.

Officia Regni Cancellariorum, Marszalcorum, Thesaurariorum, electis substitutis, integra conservanda.

Penes Senatum, non penes Regem, autoritas et facultas esto conferrendi summum Magistrum aut Ducem exercituum, Marschalcum Regni et Cancellarios.

Vacantes dignitates seu praefecturae non teneantur diutius sex hebdomadis.

Cancellarii in Comitiis non secundum suam cum Rege sententiam, sed secundum deliberationem senatorii ordinis propositiones<sup>b)</sup> facient.

In qua re universus Senatus vel maior eius pars concors fuerit, Rex in ea acquiescere debet.

Et quicquid eiusmodi sit, quod ad eradicandos abusus practicarum perniciosarum necessarium videbitur.

a) *supra lineam.*

b) *in ms. propositionis.*

N. 2201.

Goluchoviae, 29.VIII.1572.

Raphael Leszczyński

Alberto Friderico in Prussia duci

sicut olim patri ducis servivit, ita nunc duci servire paratum se declarat; praedicatorem suum certis in negotiis ad ducem mittit.

(Germanice)

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2202.

Cnissini, 1.IX.1572

Franciscus Krasiński, episcopus Cracoviensis, R.P. vicecancellarius, et alii proceres Regni,

Alberto Friderico in Prussia duci

sine integro Senatu consiliariis ducis permittere se non posse nuntiant, ut in consiliis et deliberationibus de Republica factis facultatem dicendae sententiae habeant.

7 sigilla. (charta partim lacerata)

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Redditæ sunt nobis ab Illustritate Vestra litteræ per Generosos et Egregios Dominos Andream Wilmsdorffium, Libstadiensem Capitaneum, et Eberhardum Roggium, Legum Doctorem, eiusdem Illustritatis Nuncios et Consiliarios, ad nos Senatores, qui huc Chyssinum una sumus congre-

gati, missos, in quibus illud nobis iucundissimum accidit, quod Illustratatem Vestram singularem benevolentiam animique propensionem, qua non solum in Serenissimum sanctae memoriae Regem nostrum, sed etiam in omnes nos, Regni proceres, fuit, hactenus nobis conservare et in posterum conservaturam se esse intelleximus.

Quod autem scribit Illustritas Vestra, ut iidem ipsius Consiliarii huc ad nos missi in deliberationibus et consiliis, quae hoc tempore de Republica fiunt a nobis, locum et dicendae sententiae nomine Illustritatis Vestrae facultatem habeant, libenter id sane permitteremus, si absque integro Senatu id nobis liceret, nam factum est certis quibusdam de caussis et necessitatibus, quominus tempore isto universus Regni Senatus huc conveniret, sine quo de omnibus negotiis nobis statuere integrum non est. Quia...<sup>a)</sup> ipsi hoc scimus Illustrissimum parentem defunctum [Illustritatis Vestrae]<sup>a)</sup> aut alios Principes feudales unquam in...<sup>a)</sup> et consensibus nostris neque locum [neque]<sup>a)</sup> dicendae sententiae potestatem habuisse. Caeterum duximus id Illustritati Vestrae significandum, diem eligendi novum Regem 12 mensis Octobris futuri prope Lublinum a nobis dictam esse. Et quod superest, omnibus in rebus, quae ad commoda et ornamenta Suae Illustritatis pertinere arbitraverimus, nos propensissimos semper Illustritas Vestra cognoscet... Datae Cnyssyni, die Ia mensis Septembris<sup>b)</sup> anno Domini MDLXXII.

Illustritatis Vestrae amici studiosissimi

c) Franciscus Crassinski, Episcopus Cracoviensis  
ac Vicecancellarius Regni.

Jan Firley z Dabrowicze, Voievoda Crac. y Star.  
Gnal. Mars. Kor. Pol. etc. rąka swą subscriptis.

Sebastian sz Myelcza etc. Castellan Crac.

y Brzesky etc. Starosta, manu propria.

Osthaffyey Wolowycz K. L. Podkanczlersz.

I. Chodkiewicz manu propria.

Hyero[nymus] [Syenya]wsky... [rąk]ą<sup>a)</sup> swą.

Anzelm Gosthomsky s Lezenicz, Casthelan Ploczky,  
Stharosta Rawsky.<sup>d)</sup>

a) *foramen in charta.*

b) *subscriptum pro expuncto:* Octobris

c)-d) *manibus propriis.*

## N. 2203.

Cnissini, 2.IX.1572.

Senatores Regni Poloniae in Conventu Cnissinensi congregati,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
nullum unquam feudalem Regni Poloniae principem in concessibus et  
consiliis procerum Polonorum de Republica factis locum in Senatu  
vel facultatem dicendae sententiae per internuntios suos habuisse re-  
spondent.

6 sigilla.

H B A, B 2, K.401.

Illustris Princeps etc.

Redditiae nobis sunt literae Illustritatis Vestrae, quibus quod nobis  
benevolentiam suam Illustritas Vestra declarat, gratissimum nobis acci-

dit. Hoc idem de nobis Illustritas Vestra ut sibi policeatur, summopere cupimus. Caeterum quod Consiliarios Illustritatis Vestrae, huc ad feren-dam in concessu nostro in negotiis Reipublicae sententiam missos, attinet, optima tenemus memoria nullum unquam feudalem Regni huius Principem in eiusmodi concessibus et consiliis nostris locum in Senatu vel facultatem dicendae sententiae, per Internuncios suos, habuisse. Cui observationi cum nos quoque nunc insistamus, certo nobis persuademus bono id a nobis animo Illustritatem Vestram suscepturam esse. Porro existimet Illustritas Vestra nos ad omnes res alias. quae commoda et ornamenta Illustritatis Vestrae spectare videbuntur, fore paratissimos... Knissino. II mensis Septembris, anno Domini MDLXXII.

Illustritatis Vestrae amici addictissimi

a) Senatores Regni Poloniae

in Conventu Knisinensi congregati.<sup>b)</sup>

a)-b) manu Francisci Krasinski.

N. 2204.

Cnissini, 1.X.1572.

*Franciscus Krasinski, episcopus Cracoviensis, R.P. vicecancellarius,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
locum dicendaeque sententiae facultatem in consiliis a proceribus Regni  
de negotiis Reipublicae factis duci non competere asserit; diem eli-  
gendi novi regis nuntiat.*

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Litteras Illustritatis Vestrae Generosi et Egregii Domini Andreas Wilmsdorffius, Capitaneus Libstadiensis, et Eberhardus Roggius, Legum Doctor, Illustritatis Suae Consiliarii, reddiderunt Senatoribus Regni, qui hoc tempore Cnyssinum fuere congregati; dederunt quoque unas minia)<sup>a)</sup> nomine Illustritatis Vestrae. Ego vero pro meo in Illustritatem Vestram officio diligenter curabam, ut ita acciperentur et haberentur a Senatu nostro, quemadmodum dignitas Illustritatis Vestrae postulat. Sed locus et dicendae sententiae nomine Illustritatis Vestrae in Senatu facultas data non est eo, quod his, qui aderant absque amplissimo Senatu conce-dendum id non videretur, nam certis quibusdam de causis praeter expec-tationem nostram non convenerunt universi, ita quod illis de omnibus rebus statuere integrum non fuerit. Quandoquidem autem et Illustrissi-mus parens Illustritatis Vestrae defunctus caeterique Principes feudales eum in Senatu nostro locum dicendaeque sententiae potestatem nunquam in eiusmodi actibus habuerint, singuli, qui aderant, id quoque Illustritati Vestrae non competere censebant. Caeterum eligendi novum Regem dicta a nobis est dies XIIII mensis Octobris Lublinum prope... Cnyssini, I die mensis Octobris anno Domini MDLXXII.

<sup>b)</sup> Illustrissimae Celsitudinis Vestrae  
amicus et servitor addictissimus

Franciscus Crassinski, Episcopus Cracoviensis  
et R.P. Vicecancellarius subscriptis.<sup>c)</sup>

a supra lineam.

b)-c) manu propria.

N. 2205.

Komorowo, 4.X.1572.

*Anna Pęczkowska et Matthias Bogdański vel Pęczkowski  
capitaneo Neidenburgensi  
prout subditi ducis queruntur de Ioanne Sumski (Szumski?) eiusque fi-  
liis et generis, qui in publicis viis invasiones facere solent, eorumque  
domum - violatis pace et amicitia inter regem Poloniae et ducem  
olim initis - despoliaverunt; rogan, ut eis damna resarciantur et  
eiusmodi legum transgressores severe puniantur.*

(Polonice)

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2206.

Pleszew, 13.X.1572.

*Ioannes Zborowski, capitaneus Odolanoviensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras salvi conductus servitori suo, in Livoniā missō, aliquot equos et  
armamenta inde sibi adducturo, per terras ducis iter facturo, expedit.  
(Germanice)*

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

N. 2207.

Kaski, 2.XI.1572.

*Ioannes Firlej, R.P. marsalcus supremus, palatinus et capitaneus Craco-  
viensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de futuris Comitiis Varsaviae ad 6.I.1573 indictis, tempus, locum et modum  
electionis novi regis statuere debentibus; de iure ad electionem regis  
Poloniae duci ex pactis et privilegiis competente, a quibusdam tamen  
in dubium vocato.*

Sigill.

(Adest versio germanica).

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Oddal mi niedawnego czassu pan Goyszki, szluzebnik W. K. M., list  
od W. K. M., na ktory zem tak nierychlo odpiszal, y tego wyszey mianowanego  
sluge W. K. M. tak dlugo przy sobie zadzierzal, prosze niechay to nie  
obrza W. K. M. Przyczyna tego ta iest, ze czasz seymu na electyą krola  
nowego, w Knyszynie złozony, s przyczyn pewnych odemknal sie daliey,

a ynszy iescze nie iest postanowion, dla czego tu na to mieyscze ich m.cz panowie Rady Coronne ziechacz sie natenczasz raczyli. Alie isz iescze nie ze wszystkich pansztw coronnych ziechali sie Rady Coronne, złożył sie przesz ich m.czi, ktorzy sie tu ziechali, pewny czasz y mieyscze, na który ssą vocovani wszystki Rady Coronne, aby sie zyechali, to iest do Warszawy na Trzy Krolie, a tam na on czasz o them sie radzicz y namawiacz bęndzie spolnie ze wszystkimi, na który czasz y mieyscze seym ku electyey złożon by mial bycz y yakiem porządkiem elektya by odprawowana bycz miala. A tak abych byl mogl czo pewnego w tym W. K. M. wypiszacz y o tym wszystkiem wiadomego uczynicz, przetom de thego czaszu pana Goysczkiego, szluzebnika W. K. M., zadzierzał. A isz mi tesz przytym iescze oddan byl die 4 octobris w Oszieku, przecz ręczę nie wiem czyje, listh od W. K. M.czi de data ex novo castro die XI<sup>o</sup> Septembris, tedy zarazem y na tamten odpisacz W. K. M. zdało mi sie rzecz przystoyna y potrzebna.

Na którym ze mi W. K. M. oznaimowacz raczysz, ze niektorzy, a zwłascza xiądz Kujawski Biskup,<sup>1)</sup> na seymiku Radziejowskim wywodzil to ryczersztwu onej ziemie, ze W. K. M. przysluchacz nie raczysz do Rady Coronny obierania nowego krolia. Gdyss to W. K. M. na lieszych y pactiech, ktore s Koroną Polską miecz raczysz, iasznie wyrazono, miecz sie mienisz. Czo isz przeciwko prawom W. K. M., potyka, mnie tego iednemu serdecznie zal, gdyss powinnoscz to iest nasza senatorska przesztrzygacz tego, aby kazdy, tesz y namniejszy indigena Regni, w prawie szwym czalie byl zachowan, pogotowiu W. K. M., zacznemu Xięzęciu a Coronie Polskiej przyjacielowi, wielką powinnoscią przywiązanemu, powinna rzecz iest, aby prawa, pacta, przywilieie byly we wszem dzierzane, y nie potrzeba w tym nicz W. K. M. wątpienia miecz, gdy ta rzecz in plenum Senatum przydzie, ze W. K. M. prawo we wszystkiem czalo zosztanie, yakosz nie byloby od rzeczy, abysz W. K. M. na ten czasz, na który convocatia Senatu wszystkiego stała sie, to iest na Trzy Krolie przyszłe, do Warszawy solennem legationem ad Status Regni przyszłacz raczył, s prawy y przywileimi swymi, s ktorychby sie to pokazacz mogło, ze W. K. M. przyszlusząc raczysz do Rady Coronny, obierania nowego krola (gdyss tesz na wielu mieysczach, na których chowane ssą przywilieie korunne, powietrze przeszkadzi do nich przyscia). A gdy Senatus y yne Stany Coronne uyzrą iasgne prawo W. K. M., besz wątpienia zadnego, ze przy tym W. K. M. zostawią, w czym iako w szluszn y sprawiedliwy rzeczy, a ktoraby nieprzeszpicensztwa yakiego R.P. naszey za sobą nie ciągnęła, rad W. K. M., yako zyczliwy zdawna sługa y przyaciel, szluzyz ze wsselaką checzą bende. Na wtorym lisczie, przesz pana Goysczkiego oddanym, żandacz W. K. M. raczysz, abych pod Lublinem, gdzie mieyscze elektyey bylo złożone, poszły W. K. M. dobrym stanem y utcziwemi gospodami z urzedu mego opatrzył. Czo yakom byl gotow uczynicz, by było to doszło, tak y na potym, gdy ten czasz y mieyscze złożon bęndzie, radt w tym, yko w kazdey mnie mozney a przystoyney rzeczy, W. K. M.czi chętnie słuszycz bende... Datum in Kassky die 2 mensis Novembbris anno Domini 1572.

<sup>a)</sup> Illustrissime Celsitudinis Vestre  
amicus et servitor paratus

Ioannes Firley de Dambrowicza, Palatinus et Capitaneus  
Generalis Cracoviensis, Marsalcus R.P. Supremus etc.,  
manu propria subscripsit.<sup>b)</sup>

a)-b) *manu propria*.

1) Stanislaus Karnkowski

N. 2208.

Szamotuly, 19.XI.1572.

*Lucas a Górką, palatinus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
familiarem suum, nobilem Henricum Girk, cum mandatis certis de rebus  
suis ad ducem mittit et rogat, ut eum dux nomine suo loquentem  
benigne audiat plenamque fidem praestet.*

*Vest. sigilli.*

*H B A, B 2, K.401.*

N. 2209.

Barcin, 29.XI.1572.

*Ioannes Krotoski, palatinus Inovladislaviensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Andream Wilamowski, aulicum ducis, apud se fuisse nuntiat omniaque  
mandata sibi a duce commissa confecisse.  
(Polonice)  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.401.*

N. 2210.

s.l. [ante 1.XII.1572]

*Henricus Girk, servitor Lucae a Górką, palatini Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
de iure suffragii in eligendo novo rege Poloniae ad ducem in Prussia per-  
tinente - iuxta palatini Posnaniensis sententiam - nuntiat; nomine  
eiusdem palatini suadet, ut dux ad singulorum palatinatum con-  
ventus particulares litteras suas, ad Conventum vero Generalem Var-  
saviae indictum internuntium suum mittat.*

*H B A, B 2, K.401.*

*Illustrissime Princeps etc.*

Ex litteris Illustrissimae Celsitudinis Vestrae ad se datis Magnificus  
Dominus Palatinus <sup>a)</sup> intellexerat, quod etiam antea ex aliorum relatu co-  
gnitum habebat, esse quosdam, qui sentiant et omnino asseverent ius suf-  
fragii in eligendo novo Rege ad Illustrissimam Celsitudinem Vestram non  
pertinere, ideoque conari efficere, ne Illustrissima Celsitudo Vestra ex  
legum Regni praescripto deque privilegiorum tenore ad futura Comitia  
vocetur. Quod sane, quemadmodum Magnifico Domino Palatino pergrave  
et molestum accidit, ita quoque satis mirari non potest, quo consilio id  
ab iis hominibus fiat, cum liquido constet et leges ipsae testentur Illu-  
strissimae Celsitudini Vestrae locum in consessu Regni Consiliariorum  
esse destinatum libereque dicendi sententias facultatem non minus, atque  
aliis Regni Consiliariis, concessam.

Itaque Magnificus Dominus Palatinus, etsi antea sepius, sed vel maxime tum temporis, cum Domini Consiliarii Regni, tam ex Maiori quam Minor Polonia, apud Cascios pagos conventum agerent, et sermo, authore potissimum ipso Domino Palatino Posnaniensi, de Illustrissima Celsitudine Vestra in Senatu fieret, non commisit certe, quin publice declararet, quid ea in re sentiret et quid facto operae precium esse iudicaret, ac simul testaretur se in sententiam illorum, qui Illustrissimam Celsitudinem Vestram eo iure privandam, seu potius defraudandam, dicerent, non iturum neque eorum consiliis acquieturum.

Afferebantur quidem in medium rationes, quibus ii niti videbantur, cur adversam sententiam tuerentur, utpote ex re et commodo Reipublicae futurum non esse, si tam potens Princeps in Consilium admitteretur, qui introducto secum magno aliquo et valido comitatu et amicitiis, quae illi multae et illustres sunt in Germania, confisus, omnia sursum deorsumque miscere et pro libito suo quaevis statuere conaretur. Unde factiones Reipublicae pestilentes et exitiosae erumpere atque postmodum tumultus bellaque facile exoriri possent. Praeterea Illustrissimam Celsitudinem Vestram Imperio Romano sese iuramento haud ita pridem obstrinxisse, quae res non minus periculosa, quam suspecta videretur. Legibus quoque cautum esse, ne Illustrissima Celsitudo Vestra prius ad Comitia deliberationesque et consilia publica accedat, quam vocata fuerit. Ideo evitandorum periculorum caussa Illustrissimam Celsitudinem Vestram non esse accersendam censebant. Haec illi. Verum ea, uti quae satis firma non essent, Magnificus Dominus Palatinus, quibusdam etiam ex collegis sibi suffragantibus, in frequenti Senatu plurimis praeclaris cum Illustrissimi parentis piae memoriae, tum etiam ipsius Illustrissimae Celsitudinis Vestrae erga Rempublicam meritis<sup>b)</sup> commemoratis, diluit. Res igitur aliquandiu deliberata, tandem variantibus sententiis ad eum Conventum, quem Varsoviam ad sextum diem Ianuarii indixerunt, reiecta est.

Quoniam vero ante eum Conventum singulorum palatinatum incolae, tam senatorii quam equestris ordinis viri, particulares, ut vocant, conventus in suis quisque territoriis ad diem Divae Luciae Virgini sacrum sunt<sup>b)</sup> habituri et certos internuncios, quorum in publicis negociis constituendis non parva solet esse auctoritas, ad Conventum illum Varsoviensem de sui medio ablegatur, placret Magnifico Domino Palatino (salvo tamen Illustrissimae Celsitudinis Vestrae meliori consilio), ut Illustrissima Celsitudo Vestra ad singulorum, cum quos Maior Polonia complectitur, tum etiam Cracoviensis et Sandomiriensis palatinatum conventus, ad statum diem litteras dare dignaretur, quibus eos de iuribus et privilegiis suis commonefaceret et simul hortaretur, ne paterentur ulla in parte Illustrissimae Celsitudini Vestrae aliquod praeiudicium paucorum temeritate fieri.

Quod ad Magnificum Dominum Palatinum attinet, dabit is certe operam sedulam, ut apud suos efficiat, quo negotium hoc internunciis palatinatum et Posnaniensis et Calissiensis, qui ad Conventum Varsoviensem designabuntur, et commendetur et proponendum tractandumque committatur. De ceteris idem quoque sibi pollicetur.

Non abs re etiam Illustrissimam Celsitudinem Vestram facturam existimat, si ad sepius commemoratum Varsoviensem Conventum Internuntium suum mittet, ut idem apud omnes cum Regni, tum etiam Magni Ducatus Lithuaniae Status et Ordines, qui illo confluent, agat. Spes firma Magnificum Dominum Palatinum tenet, hac ratione adversariorum temerariis conatibus posse iri obviam et rem ad optatum deduci finem. In eo autem Magnificus Dominus Palatinus se omnem operam summa fide et

diligentia Illustrissimae Celsitudini Vestrae navaturum recipit atque promittit.

Ad haec, pro suo perpetuo illo erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram studio et observantia, Magnificus Dominus Palatinus non potest non facere, quin Illustrissimam Celsitudinem Vestram certiorem reddat, illam multorum animos in summam admirationem adduxisse, quod vide-licet per proprium Nuncium suum literas Illustrissimorum Principum Dominorum Marchionum Brandenburgensium, Pomeraniae item Ducum, ad Dominos Consiliarios Regni miserit, in quibus postulant, ut una cum Illustrissima Celsitudine Vestra Comitiis interesse, suffragia et sententias dicere illis, aequo ac Illustrissimae Celsitudini Vestrae, liceat, siquidem ius commune cum Illustrissima Celsitudine Vestra eo nomine habeant.

Ea res certe, quemadmodum recensui, multorum animos perculit usque adeo, ut etiam ii (paucis tamen exceptis), qui primum Illustrissimam Celsitudinem Vestram ad Comitia vocandam et in Senatum admittendam cuperent, rem, quae cuidam sinistrai suspicioni (ut verbis illorum utar) esset coniuncta, et quae periculum post se traheret, in consilium referendam dicerent, et adversarii tanto magis id exacuerent atque demonstrare conarentur, quibus et quantis periculis res exponenda foret, si Illustrissimae Celsitudini Vestrae aditus in Senatum patefieret; vel hoc enim unico facto, nimirum quod Illustrissima Celsitudo Vestra aliorum Principum, qui admissionem quoque in Senatum, iure nescio quo, petunt, literas ad Dominos Consiliarios Regni preferendas dedit, satis non obscura indicia Illustrissimam Celsitudinem Vestram dedisse dicebant, quam rebus non solum suis, sed exterorum etiam Principum intenta esset. Qui si una cum Illustrissima Celsitudine Vestra ad consilia Reipublicae reciperentur et pronunciandi sententias facultas illis daretur, quid non pertimescendum nobis et Reipublicae esset, clamitabant. Verum non deerant, qui eius ab Illustrissima Celsitudine Vestra facti rationes explicarent et suspicionem, quae nulla in Illustrissimam Celsitudinem Vestram cadere potest, tollerent. Qua in re Magnifici Domini Palatini studium potissimum enituuisse Illustrissima Celsitudo Vestra certo sibi persuasum habere dignetur. Eo enim est animo erga Illustrissimam Celsitudinem Vestram affectus, ut pro dignitate, honore et rerum Illustrissimae Celsitudinis Vestrae felici et incolumi statu omnia, quantumvis ardua et difficilia, ferre et sustinere, vitam denique ipsam, si id usus postulaverit, profundere non dubitet.

a) *haec tria verba supra lineam scripta sunt.*

b) *supra lineam.*

N. 2211.

*Konin, 2.XII.1572.*

*Ioannes Stużewski, palatinus Brestensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
litteras ducis per Andream Wilamowski sibi redditas esse nuntiat; earum  
contenta se intellexisse eidemque aulico ducis ad omnia eius mandata  
oretenus respondisse significat.  
(Germanice)*

*Sigill.*

*H B A, B 2, K.401.*

N. 2212.

Mścibów, 4.XII.1572.

Petrus Zborowski, palatinus Sandomiriensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
Christophorum Alzunium, ducis consiliarium et internuntium, honorifice  
se excepsisse, libenter audivisse et ad omnia ei a duce commissa ore-  
tenus respondisse nuntiat.  
Vest. sigilli.  
H B A, B 2, K.401.

N. 2213.

Ciążeń, 5.XII.1572.

Adamus Konarski, episcopus Posnaniensis,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
internuntium ducis, Andream Wilamowski, diligentissime se audivisse et  
ad omnia ei a duce commissa accurate respondisse nuntiat.  
Sigill.  
H B A, B 2, K.401.

N. 2214.

Uniejów, 8.XII.1572.

Iacobus Uchański, archiepiscopus Gnesnensis, R.P. primas,  
Alberto Friderico in Prussia duci  
suadet, ut dux in proximo conventu senatorum Regni Varsaviae futuro  
publice per nuntium suum ea reposcat, quae a se privatim poposce-  
rat; suas enim in his rebus partes easdem esse, ac aliorum senatorum,  
collegarum suorum, asserit.

Sigill.

H B A, B 2, K.401.

Illustrissime Princeps etc.

Quae mecum mandato Illustrissimae Dominationis Vestrae hic illius  
Nuntius, Nobilis et Generosus Dominus Andreas Wilmansdorfius, Capita-  
neus Libstadiensis, locutus est, ea et diligenter audivi et grataanter ac  
reverenter etiam, uti a tanto Principe decebat, accepi. Et quidem quan-  
tum ad me officiumque meum attinet, in his, quae Illustrissima Domina-  
tio Vestra iure pactorum a nobis, huius incliti Regni Senatoribus, et ab  
ipsa eius Republica poscit, velim Illustrissimam Celsitudinem Vestram  
ita de me et aliis collegis meis, Senatoribus Regni,<sup>a)</sup> esse persuasam id  
inprimis nos <sup>b)</sup> unanimiter curare atque curaturos semper, ut si unicuique,  
quos Respublica nostra comprehendit, iura et praerogativae suae servari  
debeant, tum vel in primis Illustrissimae Celsitudini Vestrae, quae adeo  
faventem et studiosam illius se praebet, uti etiam hoc ipsum pro illius  
in se collatis beneficiis praestare debet, verum quoniam in his rebus  
omnibus, quae Rempublicam nostram attingunt, partes meae sunt eadem,

quae et aliorum Senatorum, collegarum meorum, plura etiam ad ea postulata Illustrissimae Dominationi Vestrae deferre non possum, quam meam propensam voluntatem tuendi conservandique iuris sui.

